ſpirituali deſiderio aīam meam que carnalibuſ deſideriis cōculcata p̄mebatur i terra levaui ad te amplexandū ⁊ ꝯtemplādum deus meus ego exptus i malis meā infirmitatē in tua bonitate: confido qui potēs es iuuare ⁊ ido non confundar de peccatis meiſ corā te ⁊ angelis tuis in finali iudicio. Hoc quippe oro vt Inimici mei viſibileſ ⁊ inuiſibiles ⁊ p̄cipue illi qui ſerpentinis ac ocultis ſuggeſtionibuſ inſidiātes ad hec mala me deiecerūt nō habeant facultatē me irridendi ad quod parati ſūt ⁊ certus ſum de hoc quod peto quia vniverſi qui ſub maloꝝ perſecutione auxiliuꝫ tuū fiducialiter expectāt non confundentur nec hic nec i futuro.

Sed Confundentur in die iudi
cii omnes ſiniqua agentes reb⁹
inutilibus vanis et infructuo-
ſis occupati.
Me autē ſim de numero inique agē
tium Uias tuas per quas itur ad
te ⁊ per quas ad nos veniſ demon
ſtra mihi ne aberrez ab illis et ſe
mitas conſiliorū tuorum que
ducunt in perfectionē maiorē edo/
ce me. Dirige me in verita/
te tua vt recte ⁊ pie viuā ſicut veri
tas tua exigit doce me vt nihil per
uerſe agam :in quo a te exaudiri de
beo.tum quia tu es ſaluator me
us ſalus autē conſiſtit in agnitione
veritatis.tum quia toto tempo/
ris mei tractu expectaui miſeri
cordiam tuam.
Propheta perſuadet exaudiri in cō
ſuetudine ſemꝑ miſerendi dicens:
Reminiſcere miſerationū tu/
arum quas fidelibus ſemꝑ impen-
diſti et miſericordiarum natura
liter tibi inſertaꝝ que ab initio ſe
culi ſunt nunq̄ eni ſine miſericor-
dia fuiſti nec peccanti homini miſe/
ratio tua defuit.
Ita domine reminiſcere miſericor-
die tue vt ꝑ miſericordiā tuā Non
reſerues mihi ad vindictā perpe/
tuam delicta mea quibus viā eq̄-
tatis dereliqui delicta iuuētutis
mee que ſcz audacter et precipitan
ter ⁊ ex fragilitate ꝑpetraui. ⁊ que
ignoranter geſſi non ſerues
ad vindictam.
Memento mei non ſm iraz qua
dignus ſum:ſed ſecundum miſe
ricordiam tuam que te digna eſt
non per merita mea que nulla ſunt.
ſed propter bonitatez tuaz do/
mine Hac fiducia motus ſum
ad petendū.quia Dulcis es et re
ctus dominus miſericors ⁊ iuſt⁹
et per hoc legem dulciſſimā et re
ctiſſimam dedit errantib⁹ ī via
preſentis vite .que lex eſt vt ſi vere
peniteant miſericordiā conſequanť
⁊ ſaluentur ſin autē non eternaliter
puniātur tanq̄ ſua miſericordia ab-
utentes.
Diriget manſuetos humiles et
quietos in iudicio cuz eos a repro
bis diſcernet ⁊ ne declinent a via re
cta mites docebit vias ſuas q̇-
bus ad ſe ꝑuenire poſſint.
Uniuerſe vie domini :licet ſint
innumerabiles.cōprehēdūtur tamē
ſub duabus que in omni opere do/
mini ſimul ſunt ſcz miſericordia
et veritas:miſericordia. quia ꝑue
nit cuncta bonitate. veritas.qꝛ om-
nia ſub integritate diiudicat.et hoc
patet requirentibus teſtamen
tum nouū in quo Chriſtus legitur
paſſus et mortuus pro redemptione
noſtra et requirentibus oracula ꝓ
phetaruz que manifeſte hoc teſtā-
tur. Propter gloriam nomi-
nis tui domine quod eſt dulce et
ſuaue propiciaberis oblato tibi
ſacrificio ſpiritus contribulati pec
cato meo ipſum remittendo mul
tum eſt enim excedit enī faculta-
tem virtutis mee ad ſatiſfaciendum
pro eo.
Quis eſt homo qui timet do-
minum timore filiali.id eſt. qualis
et quātus quaſi diceret :iſte eſt ſum
me cōmendādus.quoniā deus ſta
tuit ei legem diuinā ⁊ naturalem
que dirigunt eum in via iuſticie q̄
eſt pre omnibuſ eligenda quam vo

luntarie elegit ſeruandam vt ſciat
quid agendū ⁊ q̄d cauendū ſit.
Anima ſic timentis deū ⁊ amātis
poſt diſſolutioné corporis . ⁊ ſi ñ im
mediate cōſequatur perfectā beati
tudinem recipiens ſimplā ſtolā vſqꝫ
ad reſurrectionis tempus nihilomi
nus interim demorabitur in bo
nis glorie deum videndo; amādo ⁊
laudando et opus bonum eius
hereditabit ſolidam heredita
tem inſtaurati corpis quādo in re
ſurrectioue ſtolam glorificati corpo
ris recipiet.

Firmamentum eſt dominus
timentibus ſe ſtabilit eni eos i fi/
de ſua ⁊ firmat in bono ne vllis tem
ptationibus ſuccumbāt quibus eti
am teſtamētaria diſpoſitione
dedit ꝙ manifeſtabit ſe illis ī
quo eſt ſumma felicitas.
Oculi cordiſ mei ſemper ad do
minum de cuius gratia cōfido :ꝙ
euellet affectus meos de la/
queo diaboli a quo prius pro volu
ptatibus ſeculi capiebar
Quia oculi mei ſunt ad te domine
Reſpice in me pietatis affectu
aſpicienté te et miſerere mei i ef
fectu:locuſ eni eſt miſericordie quo
niam vnicus ſine auxilio amicoꝝ
et pauper a mundi rebus ſū ego

Item miſerere mei.quoniā Tri
bulationes cordis mei multi/
plicate ſunt et de aduerſitati/
bus exterioribus que ineuitabi/
les ſunt his qui pie in Chriſto vi/
uere volunt erue me
Uide humilitatem meam i cor
de ⁊ habe eam gratā et laborē me
um in corpe ⁊ his ſacrificius placa
tus dimitte vniuerſa delicta
mea. Reſpice inimicos me
os ad reprimenduꝫ eos quoniam
multiplicati ſunt non ſoluꝫ foris
infideles ſed etiā intus in eccleſia ñ
deſunt falſi chriſtiani et odio iniu
ſto ⁊ ſine cauſa oderunt me ſine
intermiſſione me pſequētes
Cuſtodi animam meam ab eo
rum fraudibus ne declinē ad ſeque/
lam eorum et erue me ſi forte īſur
gant aduerſum me ⁊ ſi nō per aliud
ſaltem ideo vt ſpes mea quam ha
beo de te non ſit mihi ad confu/
ſionem.
Ideo erue me.quia Boni adheſe
runt mihi nam innocentes qui
nec actu nec voluntate nocere volu/
erunt et recti qui in bono profice/
re ſtuduerunt adheſerunt mihi:
conſenſione cordis ⁊ vnius volunta
tis quia ſuſtinui te patienter ad/
uerſitates ſuſtinendo.
Libera deus iſrael populuꝫ tuū
qué ad tuam viſionem predeſtinaſti
ex omnibus tribulationibꝰ ſu
is quibus interius vel exterius op
primitur.

Pſalmus.XXV.in quo orat
iuſtus a conſortio malorum ſe
parari.

Uox viri iuſti.

Iudica me do
mine iudicio diſcretiōis
diſcernendo me a pecca/
toribus cōdemnandis quia inno/
center inceſſi viam huius vi/
te et in domino confidēs non
infirmabor deficiendo ab innocē
tia mea.
Dixi domine ꝙ innocens ego ſum
Proba me tribulationes immitté

do notū me fac.ꝓbatuꝫ et hoc non
vt innoteſcat tibi qui omnia noſti:ſꝫ
mihi ⁊ aliiſ.quod poſtq̄ feceriſ vre
cogitationes meas igne ſpiritꝰ
ſancti ⁊ ſi quā vicioꝝ maculam ī me
inueneris hanc oro exure hāc ſpūſ
ſancti calore cōſume.
Tempta me ⁊ vre dico nō preſum-
ptiue dico ſed vt emendationis gra
tia.quoniam Miſericordiam tu
am toto corde ītueor ꝙ magna
ſit ⁊ dulcis ⁊ in bonis tuis in quibꝰ
eſt veritas et iuſticia complacui
fiduciam habeo ꝙ nō ſines me ſup̄
vires meas temptari
Quia complacui in veritate tua.
Non apposui cor meum aut
conſenſi conſilio eorum qui in
tranſeuntiū rerū que vane ſunt frui
tione beatitudinē ponunt qd̓ eſt om
nium iniquitatū cauſa.et ideo etiaꝫ
cum iniqua gerentibus.ſ. here
ticis aut ſciſmaticiſ qui queſtionibꝰ
perfidis ſcripturas diuinas depua-
re contendunt non me aſſociaui
eorum doctrinis aut impietatibꝰ cō
municando.
Non tantū vitaui conſiliū maloruꝫ
ſed etiam Odiui congregatio-
nem ipſam malignantium in
malo perſeuerantiū et cū impijs:
qui cultum dei impugnant placitū
non habeo.
Sed inter innocentes conuerſabor
inter quos poſitꝰ Lauabo ⁊ mun
dabo ꝑ penitentiā a cūctis vicioruꝫ
ſordibus opa mea et menteꝫ in
qua tanq̄ in altari ſacrificiū ſpi-
ritus cōtribulati tibi offero circū-
dabo virtutibꝰ ⁊ bonis moribus q̄
ſi ornamentis ornādo.
Conuerſabor Inter innocenteſ
vt audiam et addiſcaꝫ eoꝝ exē-
plo ⁊ inſtructōe quomodo te lau
dem et cū didicero exponā aliis ali
qua de tuis opibus que omnia ſūt
mirabilia. Et ſi eccleſia tua ad
huc habeat malos admixtos cuꝫ bo
nis.ego tamen Domine dilexi ī
eccleſia tua bonos ⁊ ſanctos qui vi
ta ⁊ doctrina ſūt decor domꝰ tue
ſunt ⁊ locus habitationis glorie
tue quia nō ſuam ſed gloriā tuaꝫ q̄
runt Et quia ita me habui ita di
lexi domū tuā oro O deꝰ Ne per-
das cum impijs qui pietatē ⁊ cul
tum tuū abnegant animaꝫ meaꝫ
perdendo vel puniēdo eam nec cuꝫ
viris qui carnaliter viuunt et
ꝓximum oderunt vitam meā qui
a me valde diſſimiles ſunt.
Quorū opa iniuſta ſunt et in
iqua et dextera eoruꝫ repleta
eſt muneribus ꝓ quibꝰ iuſticiam
et iudicium ſubuerterūt innocentes
condemnauerunt vexauerunt vel in
terfecerunt.
Ego autem innocenter per ſtu
dium ſancte vite ambulaui ⁊ ideo
libera me a perditione impiorum
futura ⁊ in periculis huius vite mi
ſericordia tua non deſerat me ſed
in omnibꝰ me cōcomitetur.
Hoc fac domine. quia Dilectio
mea et affectio que facile labi ſo
let non receſſit a rectitudine et fidei
et iuſticie inter cōcutientes hereſes
et mundi grauiter ſeuientes angu
ſtias ſemp ſtetit immobilis ⁊ pſiſtēſ
in directo itinere mādatoꝝ tuoꝝ.et
ideo miſerere mei.qd̓ ſi feceriſ q̄ diu
ero ī ꝯgregatiōibꝰ hoīm publice be
nedicaꝫ te dn̄e laudādo ⁊ glificā
do ꝓ bn̄ficiis mihi collatis a te.

Pſalmus xxvi. in quo vir iuſtus petit a deo gratiam vt ſic in preſenti pugnando preualeat contra hoſtes ſpirituales vt ꝑueniat ad regnum

Propheta exultans docet quemq̄ hominuꝫ non timere quoniam a deo fuerat illuminatus ait:

Dominus illuminatio mea illuminans et docens me ꝯtra tenebras ignorantie et fortitudo ſalutis mee roborans infirmitatem meam vt in bello poſſim reſiſtere quem ego timebo: nullum vereor vel timeo hoſtem inſidiatorem vel perſecutorem.

Dominus protector vite mee ipſe eni repellit omnes impetus et inſidias hoſtium meorū a quo ergo trepitabo habendo talem protectorem: a nullo

Dixi non timeo aliquem. quia Dū perſecutores nocere appropiant mihi vt corpus meum rabido dente lacerent nō magnifacio. quoniaꝫ non timeo eos qui occidunt corpus animā autē occidere nō poſſunt

Quia dominus protector vite mee eſt Inimici mei qui perſequūtur me infirmati ſunt non potētes perficere quod intendebāt et ceciderunt in ruinam anime ſue puenientes. Si fortitudo demoniorum ſi impetus viciorꝝ. ſi molimina hoſtium aduerſum me conſiſtant n̄ timebit cor meum qm̄ deus bellator fortis pugnat ꝓ me.

Si exurgat fortius aduerſ⁹ me preliū a predictis inimicis in hoc meo adiutorio figam ſpem victorie ⁊ remunerationis amplioris glorie eterne.

Unam rem petij a dn̄o ꝑ ceteriſ et hanc requiram oratiōe pſeuerarter ꝓ obtentu ipſi⁹ vt inhabitē in domo dn̄i ſcꝫ militātis eccleſie vt q̄diu viuo nulla aduerſitaſ me excludat ab vnitate fideliū q̄ vnitateꝫ et veritatē dominice fidei ꝑ orbem terraꝝ tenēt ſꝫ in ea ꝑmaneā ſemꝑ

Hoc peto eo fine Ut tandē videam ꝑ guſtū bonitatē dei. in q̄ ſūma delectatio eſt ⁊ ſūma pulcritudo et viſitem celeſte templū eiuſ vbi cum ſanctis fruar clara contemplatione eius.

Ideo hoc mihi ſpero Quoniam iam in diſpenſatione vbi ſui incarnati ꝑ fideꝫ ⁊ ſpem abſcondit me in die malorum hominū me perſequentiuꝫ et protexit me: ne lederer in potentia diuinitatis abſcondit ſub humanitate: q̄ fuit tabernaculum in quo Chriſtus cōtra diabolū militauit.

Hoc etiā fecit quia In petra xp̄o: exaltauit me dominus qꝛ in ip̄o ⁊ ꝑ ipſum ꝓmoueor de virtute in vtutem et nunc in preſenti vita exaltauit mentē meaꝫ ſuꝑ prauos motus et appetit⁹ meos viciosos ne mei dominenſ.

Poſt hec oīa que fecit mihi domin⁹ Circuiui oīa bn̄ficia memorie cōmendādo ⁊ potiſſime redēptiōis bn̄ficiū ⁊ ego nō ingrat⁹ immolaui ī eccleſia catholica toto orbe diffuſa hoſtiā ineffabil' laudiſ ⁊ corde ⁊ opeletabor ī dn̄o ⁊ ideo tu audi dn̄e voceꝫ meaꝫ interiorē quā ī aures tuas forti intenſione direxi dicens:

Unam petii a dño rq̄ . exaudi me
domine ex tua clemētia pro illa vna
et miſerere mei.
Tibi non hominib⁹ aperui in cor
de meo vbi ſolus audis deſideriū
meum.ſ.q̄ aīa mea facta ad ima
ginem tuā exquiſiuit te ⁊ non ali
quod extra te premiū niſi vultū tu
um pñtiam viſionis tue dñe requi
ram huic inq̄ſitioni pſeuerāter inſta
bo.q2 p̄cioſius aliq̄d non inuenio.il
la enī eſt ſumma felicitas ⁊ beatitu
do omniū ſanctorum.
Ut autē inueniā qđ quero domine.
Non auertas lumen gratie
tue a me peccatore.q2 nō eſt in ma
nu mea obtinere qđ peto ⁊ non ſi
nas me labi in peccatū p qđ decli
nes in ira a ſeruo tuo.
Quia enī ego non ſufficio te inueni
re niſi tu adiuues.ideo deprecor.
Adiutor meus eſto i hac via vt
ad hoc pueniā non derelinquas
me cū ceperiſ adiuuare nec deſpi
cias me q̄ ego mortalis te eternū
audeo q̄rere.q2 tu es deus meus:
qui ad imaginē tuā me creaſti et ſa
lutaris meus q̄ ſanas plagas pec
cati mei.fruſtra aūt creaſti ⁊ recrea
ſti ſi mortales deſpicis.
Ideo etiā nō deſpicias me mortalē.
quia nō mea ꝓpria a me cōmiſſa :ſz
parentalis culpa eſt qua in hāc mor
talitatē deſcendi : Quoniam pa
ter meus Adam et mater mea
Eua dereliquerunt me expoſitū
miſeriis p̄ſentis vite. per eoꝝ enim
peccatū mors intrauit in oēs hoīes
dominus autem carne aſſumpta
aſſumpſit me ad immortalitatez
nō ergo deſpicias me.
Ex quo aſſumpſiſti carnē meā . Da
mihi legem viuēdi vt in via tua
regia firmiter pſiſtens nec ad dexte
ram nec ad ſiniſtrā declinē et diri
ge me in ſemitam rectam ⁊ in
hanc dirige me.quia nō ſufficit in
choare niſi pueniatur.⁊ hoc ꝓpter
inimicos meos demones prauoſ
homines appetitus carnis ⁊ praua
deſideria que inſidiari n̄ ceſſant vt i
pedimentū preſtent in via eundi ad
te deum meum.
Ne tradideris me in volun
tates perſequentium me : nec
ſinas eos ſatiari d̄ malis meiſ quo
niam inſurrexerunt contra
me teſtes iniqui de me falſa dicē
tes vt remoueant et reuocent me a
te.ſed tamen mentita eſt iniqui
tas ſibi quia ad damnum ſuū men
titi ſunt.omne enim peccatū in ſuū
redit auctorem.
Uir iuſtus cōfiſus de miſericordia
dei ait. Non obſtante perſecutio
ne inimicoꝝ ⁊ q̄ falſitas ⁊ mendaci
um increuerunt contra me Credo
videre bona domini electis ꝓ
miſſa in terra beata bona quidez
vera et dulcia immortalia ſempiter
na et incōmutabilia vbi nulli⁹ falſi
tatis locus vbi nullius boni defect⁹
Quia fortaſſis anime amāti hoc
tardum videtur ſequitur vox conſo
latoria. Expecta patienter domi
num ſecure qui non fallit.omnipo
tens promiſit.cert⁹ promiſit. verax
promiſit qui mentiri non poteſt. ſed
tu vt conſequaris viriliter age nō
remiſſe confortetur cor tuum ne
laſſeris a bonis operibus. etiā ſi ma
la eueniant ſuſtine perſeuerando.
non negatum putes quod nondum
accepiſti quia ſi differtur nō auferť

Pſalmus.XXVII.in quo eſt
vox Chriſti hominis de paſſi
one et reſurrectione ſua.

D te domine
ſancte pater ex magno affe
ctu clamabo auxiliũ tuũ inuocabo
ne ſileas a me cum te deprecatuſ
fuero ſubtrahendo mihi beneficiuz
reſurrectionis et ne taceas deſe-
rendo me totaliter in paſſione. alias
ſimilis eſſem aliis hominibꝰ de-
ſcendentibꝰ in lacũ inferni ſicut
inimici exiſtimant.
Quod ne fiat Exaudi vocez de
precationiſ mee cum oro ad te
pro totius mundi ſalute duz extol
lo manus meas in cruce vt tem
plum ſanctum tuum qđ eſt eccle
ſia tibi conſtruā ꝑ paſſionē meā
Exaudi me domine Ne ſimul me
tradas in mortē cum peccatori-
bus ſimul. id eſt. ex qua alii tradun
tur cauſa ſimili. ſcz pro peccatis ſu-
is et nec perdas me cum ope-
rantibus iniquitatem eo fine ⁊
intentione qua illi me tradent vt ſcz
nomē meũ deleāt ⁊ extinguāt
Qui ſcz iudei inimici mei pacem
doloſe loquũtur mihi ꝓximo.
ſm carnem et ꝑ impenſam eis mul-
tiplicem miſericordiā dicentes: ſci-
mus quia a deo veniſti magiſter et
viam dei in veritate doces: ſi licz cē
ſum dare ceſari. mala autem in
cordibus eorum quia mala intē-
tione interrogāt vt ſcz captũ in ver-
bis reꝑhendere poſſent.
Quibus dabis retributionez
condignam ſecundũ opera ma-
la illorum que mihi intulerunt fla-
gellantes conſpuentes et occidētes
et ſecundũ nequiciam adinuē
tionum ipſorum quibus falſa ad
inueniebant contra me: dicenteſ me
ſeductorem demoniacũ. et huiuſmo
di retribue illis
Quāuis ex paſſione mea ſequat̃ vti
litas toti humano generi ad ſalutē.
Tribue tamen illis mercedez
ſecundũ voluntatem malam:
et intentionem operum ipſo-
rum et ſicut ipſi reddiderunt mihi
mala ita retribue eis mala
Et hec ideo contingēt eis Quoni
am non intellexerunt opa do-
mini inuiſibilia vt verbum carnem
factum eſſe nec conſiderauerũt
opera manuum eiuſ viſibilia. ſ.
miracula eius que ſufficiēs teſtimo
nium ꝓhibebant de eo cum a nullo
alio taliter fieri poſſent. ido deſtru
es illos nunc ꝑ romanos irrepara
biliter et non edificabis eos po
ſtea vt ſolebas olim poſt captiuita-
tes reducere eos ſed de hac captiui
tate nō reducentur.
Sciens Chriſtus homo complenda
eſſe omnia que petebat quaſi iam ex
auditus gratias refert dicens: Be-
nedictus dominus quoniā ex
audiuit deuotionem depreca-
tionis mee.
Certe exaudiuit me dominus. quo-
niam Adiutor meus et ꝓtector
meꝰ eſt et in ipſo ſperauit cor
meum in morte et adiutus ſum
in reſurrectiōe Certe adiutꝰ ſum i
reſurrectiōe Quoniaz refloruit
caro mea ꝓcedēs de tumulo incor
rupta impaſſibil' ⁊ gl'oſa. vnde iam
metu mortis conſumpto libera vo-
luntate hilariter ⁊ gaudenter per
me et fideles meos confitebor ei

confeſſione laudis
Merito fideles mei ↄfitebūť ei qm̄
Fortitudo ī pugṅ ↄtra diabolū eſt
plebis ſue que credit et confidit
in eo et ꝓtector omniū qui paſſi
one filii ſui ſunt redempti tā in p̄
ſenti q̄ꝫ ī futuro eos cōſeruādo.
Interpello ⁊ oro dn̄e ſācte pater vt
Populum tuū ad ſalutem per
ducas q̇ et meꝰ eſt qꝛ omia mea tua
ſunt et benedic eccleſie tue que
eſt hereditas tua virtutibꝰ ⁊ nume
ro augēdo et rege eos in hac mor
tali vita ne declinēt ad praua extol
le illos a terrenis ad celeſtia eos
glorificādo eternaliter.

Pſalmus.XXVIII. in quo monentur fideles afferre ſpirituales hoſtias deo.

Filii dei affer
re domino voſmetipſos
nō corruptos erroribꝰ qui
eſtis filii apoſtolorꝫ q̇ vos genuerūt
ꝑ euangeliū qui arietes dicūtur
tum qꝛ duces gregū fuerūt. tum qꝛ
duobuſ cornibꝰ. id eſt. vtriuſqꝫ teſta
menti autoritatibꝰ p̄ualuerūt cōtra
hereticos ⁊ ſupſtitiones ⁊ idola q̄ſi
dura fronte eos diruētes
Afferte domino deo p̄ri gloriā
quia eſt oīs creature p̄ncipiū et ho
norem qꝛ eſt oīs creature finis. qd̄
tunc deo afferimꝰ quādo exhibemꝰ
nos tales in q̇bus deus honoreť et
glorificetur. afferte dn̄o filio qui eſt
noticia intelligētie paterne gloriaꝫ
p̄dicando eū equalē eſſe patri: et oīa
oꝑa veſtra ad eius gloriā dirigendo
adorate dn̄m ſpiritum ſanctū
qui eſt ſanctificator ⁊ ihabitator ec
cleſie ſancte ſue.
Ideo afferte dn̄o gloriā quia Vox
chriſti tam ꝑ ſe q̄ꝫ ꝑ ſuos fuit ſuꝑ
multos populos: ſuꝑ quos ipſe
Chriſtus rex glorie in humana na
tura terribiliter intonuit cōmina
tione futuri iudicii ⁊ fragore apoſto
lice predicationis ꝑ vniuerſum mū
dum quo mentes hominū ad cōuer
ſionem cōmouit.
Vox predicationis domini per ſe
et ꝑ ſuos in virtute quia cuꝫ ope
ratione multorꝫ miraculorꝫ et vox
domini in magnificentia quia
ſimplices ⁊ indoctos magnificos fe
cit in omni ſapiētia cui nō poterant
reſiſtere omnes ſapiētes mundi
Vox predicationis domini per ſe
et ꝑ ſuos quaſi confringētis ce
dros quia multos ſublimes ⁊ altoſ
diuites ⁊ potētes de gentibus voce
ſue predicationis cōteret confrin
get ad penitentiā ⁊ humiliabit ſub
iugo euangelii et eodem modo ce
dros libani qui ceteris cedris ſūt
altiores iudeos ſcꝫ qui ratione legiſ
ſe gentibus ſuꝑiores gloriabunť cō
fringet ad penitentiā.
Succiſſa atqꝫ confracta in eis ſuꝑ
bia Comminuet eos humilian
do tanq̄ꝫ vitulum pinguem ad
imitationeꝫ Chriſti vt ipſi etiā ſint
parati pro Chriſto mori ſi ſit opus
quemadmoduꝫ Chriſtus filius ſcḋm
carnem iudeorꝫ fecit pro nobis omi
bus q̇ iudei ꝓpter eorꝫ ſuꝑbiam di
cuntur vnicornes:
Vox predicationis chriſti qua
ſi intercidētis flammaꝫ ignis
qꝛ vicia carniſqꝫ cōcupiſcētias reſe
cat ⁊ ꝓhibet vox p̄dicatiōis ꝑ ſuos:
ↄmonit etiam gentiles ad fidem.

qui ideo deſertū dicti ſunt q2 ſine lege ſine deo ſine ,pphetis fuerant : ꝯmouebit etiam dn̄s ad fidē cō uertendo iudeos q̄ dicunť deſertū cades qđ interpretať ſanctū legis: a quo ſancto legis deſerti ſunt . qm̄ ſanctū legis . id eſt . ſpiritualē intellectum ei⁹ nō habent.

Uox predicationis christi quaſi preparantis ceruos . q2 tribuit ſpūm ſapiētie quibuſdā pfectis qui veluti cerui repellunt venenoſas linguas hereticoꝝ . et ſicut cerui p ſpinas incedūt ſine leſione . ita ipſi per vanitatē mundi ſine delectatione q̄bus dn̄s reuelabit ea que alijs ſunt abſcondita . ſcȝ vmbracula miſterioꝝ ⁊ omēs qui ſunt in templo ſic cōſummato ,p tātis bn̄ficiis dicent gloriam domino

Ideo etiā dāť gloriā domino . quia ſanctos ſuos i eccleſia quaſi i archa Noe conſtitutos Inter fluctus huius ſeculi illeſos inhabitare facit ſicut ſeruauit inter fluctuſ ⁊ aquaꝝ inundatiōes exiſtētes i archa Noe ⁊ deinde in templo ſedebit dominus rex regnās in eis ⁊ regens eos vſq3quo deducat coſ ad portum ſtabilitatis eterne

Domin⁹ ṽtutem populo ſuo dabit cōtra huius mūdi ,pcellas et turbines dimicāti ⁊ tandē dn̄s benedicet populo ſuo in euȝ credēti ⁊ mandata eius obſeruāti in pace eterna in ſeipſo qui eſt pax nr̄a

Pſalmus . xxix . in quo de reſurrectione christi

Christus homo gratias agens ,p reſurrectione ſua inquit:

Domine ſublimitatem tuaȝ glorioſe laudabo ampliando nomen tuum p multas gentes quoniam ſuſcepiſti me de morte in reſurrectione dedicādo me gloria imortalitatis . et quia3 nō permiſiſti diu inimicos meos iudeos ⁊ demones iocundari et delectari ſuper me quia inimici qui letati ſunt in cruce . in reſurrectione triſtes effecti ſunt . et deuoti gaudio magno floruerūt

Domine deus meus clamaui ad te in paſſione et ſanaſti me in reſurrectione ab omni corruptione: et infirmitate carnis . quia in corpe glorioſo ⁊ immortali me reſurgere feciſti.

Celeriter o domine Eduxiſti ab inferis animaȝ meam cuȝ aliis animabus ſanctis que ibi detinebātur ſaluaſti me de lacu inferni vbi ſunt aīe peccatoꝝ ne ſicut illi p̄ceps caderē in mortē.

Quia aūt reſurrectio q̄ pceſſit in capite ſperať in mēbris ſicut ,pmiſſum eſt eiſ hortať ,ppha gr̄as agēs dicēſ Ideo vos O ſancti dei has ,pmiſſiones habētes pſallite dn̄o bene opando et laudate eū q2 ex ſua bonitate et ſanctitate memor fuit noſtri vt ſanctificet nos

Iđ etiā pſallite dn̄o ꝯfitemini dn̄o Qm̄ ira eius cito trāſiens eſt q2 ſi aliqn̄ iraſcať ſuis ad correctōȝ eſt ⁊ i breui tpe vita vo in voluntate eius ſiue ,ppiciatiōe ei⁹ . n̄ eni vult mortē pctōris ſȝ vt ꝯuertať et viuat. Ho⁹ miſericordie ⁊ clemētie diuine ſignū oñdit ,ppha dicēs . in tā modico tempore ſicut eſt inter

Veſperum ꝛ matutinū flectet̃ ira dei ad miſericordiā ſi i veſpe ducat fletuz peccatores puniēdo cito trāſibit et in mane dabit leticiam: eos conſolando.

Ego aūt in ꝯfidentia diuinitatis cui⁹ plenitudo habitat in me dixi hoc non mouebor a voluntate dei ſed que placita ſunt ei ſp faciaz Et ſicut ego dixi tu ex gr̃a tua feciſti qm̄ preſtitiſti i puritati mee ꝛ innocētie mee virtutem perpetue ſtabilitatis i bono qđ ñ de hūana natura habeo: ſed de tua voluntate et gratia qua naturā humanitatiſ mee tue diuinitati copulaſti.

Qđ patz qꝛ Dn̄ auertere viſuſ es tue diuinitatis preſentiam a me quādo paſſioni me expoſuiſti i firmitas carnis mee attrita eſt et ſenſualitas turbata.

Tunc dixi Ad te pater domine pater clamabo in articulo paſſiōis petens auxiliū et ad deum meuz deprecabor ꝑ immortalitatiſ gloria habēda ꝛ ꝑ redēpto populo morte mea dicens:

Que vtilitas in effuſione ſanguinis mei qui ſine culpa mea effuſus eſt ſi nō ſtatim reſurgam aut corpus meū fuerit in ſepulcro corruptum corruptione putrefactiōiſ certe nulla. qꝛ in tali caſu non fuiſſet credita ei⁹ diuinitas ꝛ ꝑ ꝯſequēſ homines nō fuiſſent ꝯſecuti vtilitatē.

Inducēs aliā rationē ait: Nūquid confitebitur tibi cōfeſſione laudis corpus reſolutū in puluerem: planū eſt ꝙ nō aut annunciabit veritatem tuam: certe nō Unde apoſtoli ceſſauerūt a p̄dicatione ꝙdiu fuiſti in ſepulcro

Gaudēs Chriſtus de reſurrectione ſua ait: Audiuit dominuſ me deprecantē et miſert⁹ eſt mei faciēdo me a mortuis reſurgere dominus factus eſt adiutor meus. quia nō dedit ſanctū ſuū videre corruptionem: ſed me dedicauit gloria immortalitatis.

Chriſtus exponens moduz quo pater miſertuſ eſt ei ait ad p̄rez Conuertiſti planctum meum quez habui tempe paſſionis quo dixi triſtis eſt anima mea vſqz ad mortem: ꝛ planctū quo me plangebāt apoſtoli ꝛ ſancte mulieres in gaudiuz in reſurrectione mea. ꝛ carnē meā ſaccum in quo latebat precium redemptionis ſcidi permiſiſti clauis ꝛ lancea in morte ſed in reſurrectione mortalitate deſtructa immortalē feciſti: et ita circumdediſti me gloria immortalitatis cū ſūma leticia

Hoc quod mihi feciſti Cedet in gloriam tuaz erit enī cauſa vt lauderis a me ꝛ a meis. et vere circumdediſti me leticia: quia vlterius non ſentiam punctiones paſſionum ſicut ante qꝛ mors nō dn̄abitur mihi vltra domine de⁹ meus in eternum laudes maieſtatis tue decantabo ꝑ me et meos.

Pſalmus. xxx. in quo monetur iuſtuſ ne de ſe preſumat ſed de dei miſericordia preſumat.

Vox filij ex aſſumpta hūanitate ait: o deus pater.

In te domine ſperaui ſicut in ꝓtectore fortiſſimo non confūdar

in eternum ⁊ ſi tpalem ſuſtineam
confuſioné a iudeiſ in iuſticia tua
libera me vt nõ ſim detétus i mor
te. Hoc enĩ exigit tua iuſticia vt cuꝫ
nõ ſim debitor mortis: morté tamen
ꝓ redemptione humana ſuſceperim
in morte ñ ſim detétus ſed celeriter
reſuſcitatus exurgam :
Exaudi me humilem: et feſti-
na vt eruas me a morte tertia die
reſuſcitãdo ne differes vſqꝫ in ꝯmu
nem omniũ reſurrectioné meã
O tu deus pr̃ qui oĩa ſaluas ⁊ ꝓte-
gis: Eſto mihi deus protector
vt me vndiqꝫ tuo valles auxi
lio vt nulle iudeoꝝ impugnationes
me ledant: ſis mihi ſecuritas in qua
quieſcaꝫ. i. fac me reſurgere vt ſal
uuꝫ me facias a morte q̃ iudei pu
tant me poſſe damnare.
Ideo te ⁊ nõ aliũ quero Quoniaꝫ
fortitudo mea ad tolerandũ ꝑſe-
cutores et refugium ad euadẽdũ
eos tu mihi es ꝓpter nomen tu-
um deduces me. i. facies me trã
ſire de morte ad vitã: de corruptiõe
ad incorruptioné: de pena ad gloriã
et enutries me multiplicando et
paulatim augẽdo corpus meũ qđ ẽ
eccleſia. Et a Laqueo mortis
quo me omnino ꝑdere iudei ocultis
machinabãtur inſidiis educes be-
neficio reſurrectionis fruſtratis om
nibus iudeoꝝ cõſiliis cõtra me ꝑ̃pa
ratis quia domino protegente
nulla põt aduerſitas ꝑ̃ualere.
Poteſtati tue ꝯmendo ſpũm
meum cito euꝫ receptur⁹. Deinde
populus fidelis Chriſti paſſione re-
demptus de reſurrectiõe capitis le-
tus dicit gr̃as agẽs redemiſti me
domine deus veritatis non fal
lens in ꝓmiſſione. qđ enĩ ꝑ ꝓphetas
ꝓmiſiſti in tua morte adimpleuiſti
Populũ tuũ redemiſti. ſed Odiſti
obſeruantes et amantes va-
nam beatitudinem ſeculi diuiti
as. dignitates. gaudia ſeculi. q̃ vti-
qꝫ vana ſunt. quia talia nõ tantũ va
cue ſed ſuꝑuacue obſeruantur qñ
ita amant̃ vt celeſtia ꝯtemnãtur.
Illi obſeruãt vanitateſ. Ego aũt
ſperaui nõ in pecunia: honore. aut
in aliqua humane poteſtatis ſubli-
mitate que omĩa pereũt ſed in do-
mino qui eſt veritas ⁊ vita et ideo
exaltabor et letabor in miſeri-
cordia tua que nõ fallit nõ in mea
iuſticia Quia miſertus es hũi-
litatis mee tam mẽtis q̃ꝫ corporis
qua uſqꝫ ad morté me exinaniui et
grata tibi fuit ſaluaſti a peccatiſ
a quibus homo ſe ſaluare neq̇t ani
mam meam immuné ab omĩ pec-
cato conſeruãdo.
Quia ſic ſaluaſti me ideo Nec con
cluſiſti me in poteſtate diabo
li eum mihi dominari ꝑmittẽdo ita
vt nõ reſpiraré in libertaté q̇ nõ ha
bet in me quicq̃ꝫ imo ſtatuiſti ĩ lo
co ſpacioſo pedes meos qꝛ nõ
ſoluꝫ in iudea ſed ꝑ oĩa regna mũdi
apl'i firma fidei ſtabilitate firmati ⁊
ſucceſſores eoꝝ ꝑ̃dicãt nomé meum
Et quia licet me nõ cõcluſeriſ in
manibus inimici inſurgũt tñ aduer
ſus me inſidie multe iudeoꝝ. Ideo
Miſerere mei quoniaꝫ tribu
lor adeo q̃ꝫ turbatus eſt in furo
re iudeoꝝ ſeuientiũ in me oculus
rationis mee affectus ſenſualita-
tis et memoria mea.
Hic turbat⁹ ſum Quoniaꝫ vita
mea temꝑalis ꝑ longas et graues

paſſiones vſq3 ad morte̅ ꝑducta eſt:
et omne tp̄us quo in hoc ſeculo vixi
defecit in gemitib⁹ in anguſtiis et
ſuppliciis diuerſis
Infirmata eſt virtus ⁊ cõfiden
tia aĩmi in paupꝫtate ⁊ defectu bo
noꝝ. ⁊ paucitate credentiũ qm̃ in p̄
ſenti vita plures ſunt peccatores et
infideles: pauci v̊o ſancti et firmi
tas et virtus qua cõpago corꝑis
mei ſuſtinet̃ debilitata eſt quaſi de
ficiens a vigore ſuo
Preter p̄dicta turbat⁹ ſum. q2 Fa
ctus ſu3 ſuꝑ omnes inimicos
meos ſc3 q̇ torquent̃ ꝓ ſcelerib⁹ ſu
is opprobriũ ⁊ cõtemptibil' valde
vicinis meis q̇ in vicinitate fidei
appropinquabãt qui licet adhuc nõ
crederẽt credere tñ diſponebãt ſ3 vi
denteſ me in cruce pepẽdiſſe a credu
litatis vicinitate remoti ſũt dñ pati
videbãt que̅ adorandũ eſſe putaue
runt ⁊ etiã factus ſu3 timor notis
meis apoſtolis ⁊ diſcipulis meis q̇
me capto fugerunt.
Et etiã illi Qui min⁹ ſcripturis cre
dentes viderunt me in cruce poſi
tum foras. i. a fide deitatis latẽtis
in me fugerunt eſtimãtes ſpem ſu
am morte mea fuiſſe finitã ⁊ ſic ob
liti ſunt mei tanq̃ a corde eo
rum mortuus ſum
Et etiã Factus ſum in eſtimatio
ne ꝑfidoꝝ iudeoꝝ tanq̃ vas ꝑfo
ratum ad nullos vſus vtile ⁊ ꝑ ꝯſe
quens abiiciẽdus. ⁊ hoc ideo quo
niam audiui ⁊ patienter ſuſtinui
vituperationẽ multorũ ꝯmo
rantium in circũitu. ſ. circa cru
cem aſſiſtentiũ vel qui in hieruſalem
morabãtur q̇ ñ cognoſcebãt me eſſe
deum. Dum ſimul ꝯuenirent
aduerſum me in eo ꝯſiliati ſũt
vt acciperent ſeu tollerẽt ꝑ morte̅
vitam meam ſ3 cõtra eoꝝ cõſilia
inter hec obprobria ⁊ ſcãdala ego ĩ
te ſperaui nõ in hoie. nihil enĩ ſe
curius eſt q̃ ſperare in dño Dixi de
us meus es tu qui me creaſti in
diſpoſitione tua ſunt ſortes:
ta3 vite q̃ mortiſ mee q2 qñ vis vi
uimus vel morimur.
Et quia tu es de⁹ me⁹ Eripe me
de poteſtate diaboli ⁊ miniſtro
rum eius q̇ me odio habẽt et a per
ſequentibus me qui mihi mala ĩ
ferunt. Illuſtratio reſpectus
tui ſuper me ſeruũ tuu3 ſm̃ for
mam humanitatis effulgeat infun
dendo grãm ſaluũ me fac nõ in iu
ſticia mea nõ in meritis meis ſed
in tua miſericordia non eru
beſcam exultantib⁹ mihi malis ſ3
ſaluer ab his perſecutionib⁹ quoni
am inuocaui te qui potens es me
exaudire Erubeſcant impii. ſ.
iudei xp̄m crucifigẽtes ⁊ gẽtiles q̇ de
um veꝝ nõ cognoſcẽtes: idola et la
pides inuocãt vt vmbris infernali
bus ſocient̃ fac obmuteſcere labia
doloſa: que hic garrula ſunt dum
non timent iudicium.
Que labia doloſa loquuntur ad
uerſus iuſtum xp̄m iniquitatem.
irridentes crucifixũ ⁊ cõtemnentes
tanq̃ puꝝ hominẽ ⁊ peccatorez in q̊
peccauerunt primo in ſuperbia.
quia creatorẽ ſuũ ꝯtempſerũt. ſecun
do in abuſione quia eũ cui pluri
mum debebant ratione beneficiorũ
crucifixerunt.
Iſta cernens propheta ⁊ admirans
ait: O q̃ magna multitudo dul
cedinis tue deus o quanta glia

in futura beatitudine diſpoſita ſit
electis tuis plane ineſtimabil' in/
cõprehenſibilis quã modo abſcon
diſti in temetipſo vt plus deſidere/
tur. in futuro vero patebit.
Quã dulcedinẽ modo abſconditam
Conſummabis in apto in futu/
ra vita his qui vſqȝ in finem ꝑſeue/
rantes te expectant q̇ in conſpe
ctu hominum nõ erubeſcunt con
fiteri quod credunt ſed fidem ſuam
libere confitentur
Coram facie tua que nunc ab
ſcondita eſt hominibus tanta
pace ⁊ quiete fruentur electi tui vt
ab omni humana ꝑturbatione
in ꝑpetuũ ſint ſecuri
Sicut electos tuos in futuro abſcõ
des ita nunc In tabernaculo ec/
cleſie militãtis in qũa miliciam exer
cemus proteges a contradictio
ne linguarum omniũ ſciſmatũ et
hereſum que contradicunt veritati
chriſtiane doctrine. In eccleſia enĩ
inuenitur defenſio ſecura ab hꝰmõi
cõtradictione linguarum.
Quia tot facit ſanctis ſuis Bene
dictus dominus quoniam mi/
rabilem fecit miſericordiã ſu
am in me in ciuitate hieruſalez
munita tunc quãdo me ibi ⁊ doce/
re ⁊ miracula facere ibi etiã ꝓ homi
num ſalute mori voluiſti ibi q̃ȝ glo/
riam reſurrectionis mee oſtendiſti:
vt merito ſit qđ in hieruſalem potẽ
tia tua miſericordiã ſuã miraȝ fecit
vbi declarare tã ingentia ſacramen
ta delegiſti Ego ſtupefactꝰ cuȝ in
me horribiliter iudei ſeuirẽt dixi in
ſtupore meo ita vilis reputatꝰ ſuȝ
vt videar eſſe ꝓiectus a facie ocu
lorum tuorum. id eſt. a conſpectu
miſericordie tue.
Et qꝛ ſic humilẽ me exhibui ⁊ illi me
derelictũ ⁊ ꝓiectũ a te oẽs putabant
Ideo exaudiſti vocem oratio/
nis mee dum clamarem ad te
quãdo in cruce dixi: deus deus meꝰ
quare me dereliquiſti. q̇bus clamori
bus exauditũ eſt cuȝ reſurrectionis
grãm conſecutũ ad tuã dexterã me
collocaſti. Chriſtus homo ꝓ colla/
tis ſibi beneficiis ſanctos cõmonet
vt ament dominũ dicẽs: Diligite
dominum omnes ſancti eius
quoniam veritatem requiret
in iudicio premia diligẽtibus ſe cõ/
ferendo et retribuet abundan/
ter ſuꝑbis ꝯdignã punitionẽ
Ergo vos omnes qui incepiſtis bo
na operari Viriliter agite in in/
ceptis bonis cõſtantiſſime ꝑſeuerã
do ne feminea mollicie deficiatis et
confortetur cor veſtruȝ ne a re
cto propoſito aliqua carnis imbecil
litate ſeducatur omnes qui ſpe/
ratis in domino.

## Pſalmus. XXXI. in quo agi tur de penitentia.

Vox prophete

Eati beatitudine ſpei
quorum remiſſe ſunt
iniquitates et quoruȝ
deleta ſunt peccata vt a deo nõ
puniantur ampliꝰ propter ea
Beatus vir cui non imputa
bit dominus peccatum ad eter
naliter puniendũ et non eſt ĩ ſpi
ritu eius dolus ſiue fraus vt ali
ud in labiis aliud in cogitatione vt
cũ ſit peccator iuſtum ſe predicet.
Et oſtendens q̃ periculoſum ſit
peccatum celare in confeſſione ait:

Quoniam tacui a ꝯfeſſione pctõrum meoꝝ defecerũt in fortitudine omnes vires mee iteriores peccatoꝝ mole depreſſe ⁊ debiles facte ſunt ad reſiſtendũ peccato dum clamarem ꝑ̃ſumptuoſe tota die me iuſtũ. iactãdo merita mea cuȝ ex me nõ haberẽ niſi peccatũ. iſte tacuit cõfeſſionẽ clamauit de meritis ꝑ̃ſumptionẽ ⁊ ſic tacuit vnde ꝓficerȝ nõ tacuit vnde deficeret.

Veꝝ Quia baculus correctionis tue me ſuperbũ tetigit aſſidue ⁊ in ip̃a aſſidua tribulatione flagelloꝝ meoꝝ ꝯuerſus ſum ad cognoſcendũ miſeriam meaȝ et culpam meam plangendã. dũ remorſus ꝯſcientie infigitur cordi meo. Poſtq̃ te iratum mihi cõperi qꝛ tacuerã nõ vlterius tacui ſed Delictum meũ obmiſſionis cognitum tibi feci ꝑ verã cõfeſſioneȝ ⁊ ſatiſfactionẽ et iniuſticiaȝ meam quã cõmiſi faciẽdo nõ faciẽda non abſcondi ſȝ aperui vt operires tu. detexi vt tegeres tu.

Propoſui ꝯfiteri iniuſticiam meam dño accuſando ⁊ dãnando me nõ alios et tu miſericorditer indulſiſti impietatẽ peccati mei

Pro hac peccatoꝝ remiſſione ⁊ venia orabit ad te omnis ſanctus vt eã ſibi valeat impetrare qꝛ nemo eſt hic a peccatis immuniſ. vñ nullus ſanctoꝝ eſt q̇ aſſidue ñ dicat: dimitte nobis debita nr̃a. orandum aũt eſt in tp̃e oportuno ſcȝ gr̃e et vite p̃ñtis. quia in alia vita nemo ꝓficue confitetur.

Veruntamẽ ⁊ ſi ſanctꝰ orat ꝓ venia peccatoꝝ ⁊ etiã in tp̃e oportuno illi tñ qui ſunt defluentes et natantes in carnalibus ꝯcupiſcẽtijs vel erroribꝰ diuerſaꝝ ſectaruȝ non approximabũt ad deum. quia errores ſequũtur niſi ꝑ̃uſ aqua cõfeſſionis peccatoꝝ ⁊ humiliatiõiſ cordis mundentur.

Merito ſancti orare debẽt. qꝛ Tu es refugium meũ a tribulatione huiꝰ ſeculi vł peccatoꝝ que circumdedit me exultatio mea cuius ope ſubſiſto cuiꝰ ſemꝑ ꝑ̃ſidio tutus ſum in cuiꝰ ſpei cõſolatione req̇eſco erue me a circumdantibuſ me demonibꝰ ⁊ malis hominibꝰ q̃rentibus me impellere ad recidiuũ.

Reſpondet dominꝰ petitioni penitentis. Intellectum tibi dabo ad cognoſcendũ agenda et inſtruam te vitare vitãda ĩ via hac mãdatoꝝ dei qua gradieris firmabo ſuper te oculos miſericordie mee te ꝓtegendo ne aliquis tibi nocere poſſit

Illuminatꝰ vero iã penitẽs ꝯuertit ſe ad alios ſuꝑbos peccata ſua defẽdentes monens eos ad penitẽtiam dicens: o vos peccatores Nolite fieri ſuꝑbi ſicut equus q̇ erecta ceruice incedit. aut ſtolidi ⁊ pigri ſicut mulus quibꝰ non eſt intellectus ſed ſequũtur appetitũ ſenſualem viuentes vita brutali.

Penitens dolens de ꝑditione taliũ hominũ qui more brutoꝝ animaliũ viuunt orat vt nolẽtes acquieſcere arceãtur flagellis ad acquieſcenduȝ dicenſ: In chamo et freno. ſ. maiori ⁊ minori tribulatione ẜm diuerſitatem culpaꝝ ⁊ ꝑ̃ſonaꝝ ſuperbiam et contumaciam conſtringe ⁊ cõtunde iactantiaȝ eorum qui non apꝓximant ad te hũiliãdo

ſe ⁊ obediēdo ad nutū. Bene mo-
nui vos nolite fieri ſicut equꝰ et mu
lus. qꝛ Multa ſunt flagella pec
catoribus ꝑparata hic ⁊ i futuro:
maxime vbi peccatoribꝰ obſtinatis
grauiſſima ſunt reſeruata Speran
tes autem in domino vera ſpe
miſericordia circumdabit vn-
diqꝫ ne ſit locus hoſti ad intrandū
Quia miſericordia dicit̄ circūdare
ſperātes in domino: ꝓpheta inuitat
iuſtos ad exultandū dicēs: o vos iu
ſti q̇bus iudicia dei placent. Leta-
mini in domino q̇ iuſte omnibuſ
retribuit gaudio interiori et exul-
tate gaudio exteriori et vos recti
corde q̇ cōformatis voluntateꝫ ve
ſtram voluntati diuine gloriami-
ni in domino omnia bona opa vr̄a
ad gloriā dei referentes.

Pſalmus. XXXII. in quo ꝓ
pheta exhortatur fideles lau-
dare deum.

xultate o iuſti
in domino nō in mundo:
alias non eſſetis iuſti. Non
eni eſt iuſtus q̇ nō gaudet i iuſticia
deus aūt iuſtꝰ eſt ⁊ iuſticias diligit.
⁊ declarans quoꝝ laudatio ſit dō ac
cepta ſubiūgit dicēs: rectos decꝫ
collaudatio recti aūt dicunt̄ q̇ cō-
formant̄ volūtati diuine que eſt pri
ma regula rectitudinis a qua q̇ de-
uiat diſtortus ⁊ curuus eſt
Circa modū laudādi deum ꝓpheta
deſcribens inſtrumēta muſice ſpūa-
lis quibus diuine laudes ſunt cātan
de dicit: Laudate dn̄m in cytha-
ra. id eſt. in operibꝰ actiue vite et in
pſalterio. id eſt. in operibꝰ cōtem
platiue vite que ſurſum in deuꝫ ten-
dit ꝑ obſeruantiā decē preceptoruꝫ
Cantate ei canticum gratie qḋ
nouus homo nouꝰ rex attulit mūdo
cantate ei qui incarnatꝰ eſt: cantate
quia natus eſt nobis. cantate qꝛ no-
nam legē dedit mundo. cātate quia
paſſus eſt. cantate qꝛ reſurrexit. qꝛ
aſcendit ⁊ ſedet ad dexterā pr̄is. no
ua ſunt omnia iſta cantica ⁊ a prio-
ribꝰ inaudita bene pſallite ei bo
nis opibꝰ leticia maiori qua po
teſtis Cantate dico domino
quoniam verbū ꝓmiſſionis eius
veꝝ eſt in omnibus ⁊ nullū fallit et
omnia opa eius fidelia nihil eni
ꝓmittit ſanctis ſuis qḋ nō reddat
Bene dixi rectū eſt verbum dn̄i. qꝛ
Diligit miſericordiam et vbiqꝫ
longe lateqꝫ diſſeminat videlicꝫ vbi
ſuſtinet peccatores: vbi blaſphemoſ
patienter expectat. vbi vitā p̄ſtat in
dignis ⁊ his ſimilibus. diligit quo
qꝫ iudicium cū pios ſequeſtrat ab
impiis ⁊ eoꝝ merita equitatis qua
litate diſcernit miſericordia dn̄i
plena ē terra vbiqꝫ terraꝝ p̄dica
ta eſt. vbiqꝫ a domino cōceſſa eſt pe
nitentibus remiſſio peccatoꝝ in om
ni re apparet eiꝰ miſericordia. quia
oīa ex volūtate ⁊ miſericordia eiꝰ
dependent.
Laudandꝰ eſt deus ratione poteſta
tis cuncta creātis. nam Verbo do
mini celi. id eſt. filio dei patris fir
mati ſunt ſtabiles ⁊ incorruptibi
les facti et ſpiritu ſancto qui ꝓce
dit a filio qui eſt os patris omnis
virtus eorum regendi ⁊ influēdi
ſuꝑ iſta inferiora.
Item ipſe eſt qui Aquas maris
que primo erant diffuſe congrega
uit in vnum locū ſicut in vtre

quia mare litoribuſ clauſit ⁊ coarta
uit ponit etiam in concauitati
bus occultis ſiue viſceribuſ terre
abiſſos.id eſt.copioſitates immē/
ſas aquarum.
Quia autē tam potēs eſt dñs Ti/
meat euz timore filiali omīs ho/
mo et ab eo ꝯmoueantur et ſi
nō amore ſaltem timore omnes pec
catores terre de ſtatu peccati ad pe/
nitentiam Ideo ipſum timeāt cun
cta Quoniam eius imperio et
iuſſu facta ſūt ⁊ ſicut ſimplici vo
luntate ſua omnia creauit de nihilo
ita poteſt ad nihilū cūcta redigere
Timēdus etiā ⁊ laudādus eſt domi
nus quoniā ipſe ē ita potēs ꝙ Diſ/
ſipat nō tm̄ facta ſed conſilia ſe/
creta gentium vt nō habeant effe
ctum ſm ꝙ conſiliator ſed ſm ꝙ de
us diſponit :ſpiritualiter diſſipauit
cōſilia volentiū diſſipare legem xp̄i:
reprobat cogitationes popu/
lorum vt fecit de cogitationib⁹ iu/
deorum qui cogitauerūt ipſum inter
ficiendo nomē chriſtianū extingue/
re de terra et reprobat ꝯſilia pri
cipum tyrannoꝝ inſurgentium cō
tra eccleſiam.quia nō eſt in poteſta/
te eorum ꝙ ſm intentū aſſequantur
effectū ſ; in ordinatione diuina
Conſilium autem domini qđ
intelligimuſ incarnationis archanū
quod ad cōſulendum humano gene/
ri conſtat eſſe cōceſſuz nulla etate diſ
ſoluitur.ſed in eternum ſtat . et
diſpoſitiones ſapientie eius:
nō ſunt mutabiles ſed in ſempiter
num ſtant.
Beata ergo gens cuiuſ eſt do
minus deus eius ꝑ verā fidez et
verum cultū populus quem ele
git electione p̄deſtinationis que in/
fallibiliter cōſequetur effectū in poſ
ſeſſionem perpetuā tanꝙ heredi/
tatem ſibi.
Bene beata gens illa.quia Domi
nus de altitudine ſue maieſta
tis reſpexit oculo miſericordie mit
tendo ei filium ſuū incarnādum Vi/
dit miſericorditer omnes filios
hominum ptinentes ad corpus fi
lii ſui amādo ⁊ approbādo.
De habitaculo aſſumpte huma/
nitatis in qua habitat omnis pleni/
tudo diuinitatis quod ab initio in p̄
deſtinatione preparatum ſiue di
ſpoſitum eſt ad ſalutem mūdi .ce
pit tamē in tempe eſſe ꝑ Mariā vir
ginem naſcēdo reſpexit miſericor
diter vt preſit illis ad regendū oēs
qui habitant per omnes ptes
terre Uere reſpexit omnes.quia
ipſe eſt Qui finxit ſiue formauit
omnes animas in ſingulis homi
nibus ex nihilo ꝑ ſeipſum nō ex vna
omnes nec ex ſua ſubſtantia vt q̄dā
heretici dixerunt.⁊ ex hoc cōcludēs
ait:qui intelligit omnia opera
eorum tam bona ꝙ mala ⁊ non tm̄
opera ſed etiam eoruz cogitationes
plene cognoſcit.
Ceterum colēdus eſt deus quonia;
ipſe eſt a quo omnis ſalus tam ſpūa
lis ꝙ corporalis pendet.quia Non
ſaluabitur rex per multaz vir
tutem ſui exercitus niſi aſſiſtat ſibi
diuinuz auxiliū et gigas non ſal
uabitur in multitudine virtuz
corporis ſui niſi diuia virtute ſit
adiutus.
Equus etiam eſt fallax ad ſa/
lutem ſepe fallit ſeſſori ſuo et ita ꝑ
abundantiaz fortitudinis ſue

ſeſſor ei⁹ ñ ſaluatur: ſed ſepe eum ad ruinã ⁊ interitũ terre collidit. et ita ſuperba potẽtia mũdane felicitatis fallit ⁊ ad interitũ eterne dãnationis perducit.
Cum ergo nullus in virtute ſua ſaluatur vnde querẽda eſt ſalus: reſpõdet ꝓpheta quod a deo dicens: Ecce oculi domini id eſt. reſpect⁹ miſericordie ſue eſt q̃ ſaluat ⁊ ꝓtegit. q̃ oculi ſunt ſuper timentes eum et amãtes ⁊ nõ ſup̱ de ſe p̃ſumẽtes vt eos diligenter cuſtodiat et in eis qui ſperant nõ in virib⁹ ſuis aut meritis: ſʒ in miſericordia eius
Oculi dñi ſunt ſup̱ timẽtes eũ Ut tandem eruat eos a morte. i. a poteſtate diaboli qḋ facit cũ per indulgentiã efficit liberos quos peccati damnatio fecerat eſſe captiuos et alat eos: ſempiterne veritatis pane nutriendo.
Ideoqʒ Anima noſtra interiʒ ſuſtinet dominũ patienter expectans ꝓmiſſionẽ eius. ⁊ poteſt ſuſtinere quoniam dñs adiutor noſter ad bonũ et protector ꝯtra malum noſter eſt.
Ideo ſuſtinendũ Quia tũc in alia vita cum ꝓpẽibuſ p̃mia ſuſcipiem⁹ plene letabitur cor noſtrũ ĩ eo et interim ſperabimus nõ in meritis noſtris ſʒ ĩ filio ſuo ſancto et benedicto ſaluatore nr̃o q̃ cũctos ſaluat ſperantes in ſe.
Sperauim⁹ quidẽ ⁊ ideo Fiat miſericordia tua ſuper nos quẽadmodum ſperauimus in miſericordia tua nõ in potẽtia aut ĩ iuſticia noſtra.

Pſalmus. XXXIII. in quo de mutatione veteris ſacrificij in nouum.
Uox prophete in p̱ſona omnium electorum.

Benedicã dominum corde ⁊ ope in omni tp̱e p̱ſperitatis ⁊ aduerſitatis nec ꝓ aliquo timore tacebo aſſidue tempibus oportunis laus eius in ore meo.
In domino laudabitur anima mea nõ in ſapiẽtia mũdi aut ſublimitate verboꝝ ſʒ in dño a quo ẽ omne qḋ laudabile eſt in me audiant hoc manſueti qui ſcʒ tp̱antiaʒ habent omnnũ reꝝ et letentur qꝛ habent me ſociũ laudantẽ ⁊ benedicentem vt ſint p̱ticipes remuneratiõis eterne. Et ideo ꝓpheta ex feruore charitatis ſubiungit: o manſueti Magnificate dominũ mecuʒ laudãdo eũ ⁊ predicãdo magnũ eſſe et exaltandũ predicemuſ cultũ nominis eius recorditer.
Merito inuitaui vos ad magnificãdum deũ quoniã plurimũ vtilitatis inde mihi ꝓuenit. Exquiſiui enĩ dominum in oratione et exaudiuit me et eripuit me hic a multis tribulationibus ſed vniuerſaliter eripiet ab omnibuſ in futuro cum mortale hoc induerit immortalitatem Quocirca Accedite ad noui ſacrificii ꝯmunionẽ paſſib⁹ mẽtis p̱ cogitationẽ ⁊ deuotionẽ et illuminamini ab eo q̃ eſt lux vera: et facies veſtre non patiẽtur repulſaʒ in orõib⁹ ſuis nec fruſtrabuntur mercede ſua. Uere accedẽtes cũ deuotiõe ad eũ nõ cõfundent̃ qm̃ ego Paup̱ ſpũ clamaui ĩ oratione et domin⁹ exaudiuit me:

et ex omnibꝰ tribulationibus
meis eripiet me in obitu trāſeū‑
tem ad ſe. Saluauit quidē qꝛ ma‑
gni cōſilii angelꝰ Jeſus chriſtꝰ Im‑
mittet ſplendorem ſui luminis
ꝓtegēdo in circuitu timentium
eum et eripiet eos ab omni īpu
gnatione demonū ⁊ hoſtiū ceteroꝝ
Hortās ꝓpheta fideles ad ꝑcipi‑
endam ſanctiſſimā ꝯmunicationem
corporis ⁊ ſanguinis xp̄i ait: Guſta
te dominici corporis refectionē et vi
dete.i.intelligite quoniā ſuauis
eſt dn̄s palato cordis ꝗ peccata di‑
mittit ⁊ homīes virtutibꝰ ornat: et
tandē cōfert vitā eternā: ⁊ quia talꝰ
eſt beatus vir ꝗ nō in legalibꝰ ſacri‑
ficiis ſed ꝗ ſperat in eo.ſ.dn̄o: mi
ſer qui ſperat in ſe vel in hominibuſ
ſed in dn̄o iā beatꝰ eſt.qꝛ eū iā habʒ
ſpe qui eſt omne bonum.
Quāuis aūt dn̄s ſuauis ſit Time
te tamen dominuʒ timore filiali
cauere offendere eū omnes ſan‑
cti eius.quoniam non eſt ino‑
pia timentibꝰ deū: p̄ntia eni chri
ſti ꝑ gr̄am quā in ſe ſentiūt timētes
eum ſufficit eis pro omni bono imo
alia bona eis diſſipiūt niſi q̄ntuʒ ne‑
ceſſitas exigit. Nō eſt inopia ſpi
ritualis ⁊ veri boni timētib[illegible] deuʒ
ſed Diuites ſeculi ſupbi deū nō ti
mentes eguerūt mētali refectione
et eſurierūt qꝛ minime dn̄ici cor‑
poris fertilitate ſatiant̄. o q̄ꝫ multi
magnas copias diuitiaꝝ habēt i ſe
culo ⁊ ſaturati vētre ꝗ paupes ſunt
fide ipſa inquirentes aūt dn̄m
toto corde fide ⁊ deuotiōe non mi‑
nuentur ꝑfecto bono qꝛ ſpiritu‑
alia habebūt ad votū: ⁊ tp̄ale ad ne‑
ceſſitatē. Nā cum diligimꝰ dn̄m i ip

ſo omnia repimꝰ vnꝰ eſt qui querit̄:
ſed in quo omīa ꝯtinētur.o lucꝝ mi‑
rabile.o ꝯpendiū ſingulare.cur nos
ꝑ diuerſa fatigamꝰ: ad ipſum ergo vna
nimiter feſtinemꝰ poſt quē bona cū‑
cta nō queremꝰ ſed tenemꝰ
Ne aliq̄s p̄tendat ignorantiā timo
ris dei ꝓpheta ſubiūgit de h doctri
nam dicēs: Venite filij ꝑ deſideri‑
um diſcipline audite me et timo
rem filialē domini qui eſt initium
ſapiētie ſanctoꝝ docebo vos.
Quis eſt homo qui vult vitā
beatā in qua nullus morit̄: et dili‑
git dies videre bonos ꝓſperos
⁊ eternos in q̄bus iocundet̄ cuʒ ſan‑
ctis i regno dei: faciat ſupple qd̄ ſe‑
quitur: Prohibe linguaʒ tuam
a malo blaſphemie: detractiōis: in
famationis ⁊ murmuratiōis et la‑
bia tua ne loquantur decepti‑
ones et falſitates ꝯtra ꝓximū
Declina diuerte a malo ope et
fac bonum.inquire cū magno de
ſiderio pacem que ſummū bonū ē
in hac vita ⁊ ꝑſeuerāter ꝑſequere
eam bonis opibus quouſqꝫ ad pa‑
cem eternā ꝑtingas
Et hoc ideo.qꝛ Oculi diuine pi‑
etatis ꝯtemplantur iuſtos tan
q̄ꝫ ſpēaliter dilectos ⁊ aures eius
parate ſunt ad exaudiendum eos vt
quod petunt det eis.
Expoſita iuſtoꝝ gr̄a cōuertit̄ ad pe
nas maloꝝ Vultus aūt ire ⁊ indi
gnationis dei ſup facientes ma
la ad puniēdum eos ⁊ perdēduʒ eos
ſic vt non remaneat in terra
inter iuſtos vlla eoꝝ ꝯmemo
ratio. Vere oculi dn̄i ſup iuſtos.
qm̄ Clamauerunt iuſti antiq̄ ſi
cut Abraā ⁊ ceteri iuſti orando pro

liberatione ſua : et dominꝰ exan
diuit eos ꝓmouēdo in boniſ et ex
omnibus tribulationibꝰ libe
rauit eos ꝓtegendo eos a malꝭ ſpi
ritualibꝰ ⁊ aliquādo etiā a corporali
bus vt treſ pueros in camino ⁊ Da
nielem in lacu leonū ⁊c.
Non eſt mirandū ſi dn̄s exaudit iu
ſtos. qm̄ Iuxta eſt dominus nō
loco quia deꝰ non eſt localis ſꝫ auxi
lio paratus ad ſubueniendū . vꝉ libe
rando eos vel virtutē patientie tri
buendo ad maiꝰ eoꝝ meritū: et hu
miles ſpiritu ſaluabit . qm̄ ipſo
rum eſt regnū celorum.
Dico humiles ſaluabit nō vtiqꝫ vt
nihil hic patiātur. quia Multe tri
bulationes iuſtorum q̄ꝛ a diabo
lo ⁊ ab inuidis hominibꝰ ſiue ex pro
priis paſſionibꝰ ſepe affligunť : hoc
ꝑmittente deo vt ꝑ patiētie meritū
veniāt ad maius premiū: ſed ī futu
ro de omnibꝰ his liberabit eoſ
dominus qn̄ abſterget deꝰ omneꝫ
lacrimā ab oculis ſanctoꝝ ſuoꝝ
Interim in electis ſuis Oſſa. ſ. fir
mamenta fidei patientiā ⁊ alias vir
tutes illeſa finaliter cuſtodit vnū
ex his non ꝑibit in eis nō man/
ſuetudo ꝑ irā quia nō murmur reſo/
nat nō patientia ꝑ iniuſticiā imo in
patientia poſſidebūt aīas ſuas
Nō ſic erit ō malis. q̄ꝛ Mors pec
catorum peſſima mors corꝑalis
mala ideo q̄ꝛ eſt priuatio corꝑaliſ vi
te. mors ſpūalis : q̄ eſt priuatio vite
gr̄e peior q̄nto vita gr̄e eſt melior vi
ta nature: ſed tn̄ nō eſt peſſima q̄ndo
peccator eſt in p̄ſenti vita in qua po
teſt redire ad ſpūalem ꝑ penitētiam
ſed mors gehēne eſt peſſima: a q̄ nō
eſt poſſibilis reuerſio. ⁊ hoꝝ pecca/
torum potiſſime mors erit peſſima:
qui oderūt iuſtū xp̄m dn̄m nr̄m:
q̄ ꝑ excellentiā diciť iuſtus:
Mors autē iuſtoꝝ nō ſic. quoniaꝫ:
Redimet dn̄s animas ſeruo/
rum ſuorū p̄cio mortis ſue qm̄ q̄ i
ipſum recte crediderint a peccatorū
debita captiuitate redimentur et n̄
derelinquet finaliť q̄ ſpe charita
te formata ſperant in eo in quo ē
remiſſio peccatoꝝ.

Pſalmus. XXXIIII. in quo
de chriſti paſſione.

Vox Chriſti ex ꝑte humanita
tis ꝯquerentis de iudeis et vl
tionem expetentis de eorū in
humaniſſima ꝑſecutione ait:
Iudica domi
ne iudicio ꝯdemnatiōis iu
deoſ nocentes me reddē
do eis ſ̄m oꝑa eoꝝ et expugna de
uince impugnantes me iniuſte.
Expugna inq̄ꝝ ⁊ ad hoc Appre
hende arma ꝓ me ad impugnan/
dum dādo nobis virtutes q̄bus ini/
micoſ arceamꝰ ⁊ opprimamꝰ et ſcu
tum ad protegendū dando nob vir
tutes quibꝰ poſſimꝰ ictꝰ inimicoꝝ re
pellere exurge manifeſte in adiu/
toriū mihi p̄n̄tialiť mihi ſuccurre.
Euagina gladiū ire tue ī iudeos
mitte Titū ⁊ Veſpaſianū quibꝰ per
dantur in vindictā meā conclude
eos tāta hoſtiū multitudine vt nec
vnus quidē de ciuitate egredi vꝉ in
gredi poſſit ſed ibi fame cōſumātur:
qui perſequūtur me: fac mani/
feſtum per effectū anime mee q̄ꝛ
tu es ſalus eius.
Confundantur cōfuſione mala
et timore horreſcant qui ſata/

gunt auferre vitaz meam.
Auertantur a deo vt ſint retror
ſum nō valētes ꝑficere qđ intēdūt
ſed deficiāt in poſteriꝰ et ꝯfundan
tur đ peccatis ſuis cogitātes ma
la contra me Fiant tanquaz
puluis vt ſicut puluis nō pōt reſi
ſtere vētis ita nec ipſi hoſtibꝰ et an
gelus malus vbicūqz fuerint ſꝑ
eos affligat et eis dn̄etur
Fiat via eorū tenebroſa vt non
videant quo fugere poſſint et lubri
coſa vt fugiētes cadāt et angelꝰ
dn̄i pſequens eos et cogens vt
facile capiantur.
Et hoc ideo Quoniam ſine cau
do ſcꝫ audiẽtibus egiptiis ad me ge
mere nõ audebaſ.et etiam proba
ui te apud aquam contradicti
onis vbi de potentia mea.i.bonita
te te reperi dubitantem

Hec bona omnia feci tibi et ideo.
Audi o popule me⁹ et intelli/
ge et teſtis ero veritatis ↄtra te
ſi legem meã trãſgreſſus fueris iſ/
rael ſi audieris me obtẽperãdo
p̄ceptis meis non erit ĩ te de⁹ re
cens.de⁹ nr̄ nũq̄ fuit recẽs nec no/
uus nec in tꝑe fact⁹ ſꝫ antiq̇ſſim⁹ ſꝑ
ab eterno ⁊ i eternũ nec adorabiſ
deuꝫ alienuꝫ q̇ noie ⁊ nõ eſſentia
ſiue natura ſit deus

Nõ adorabis dico deũ alienũ.qm̄
Ego ſuꝫ domin⁹ de⁹ tuus qui
eduxi te de terra egipti ⁊ ñ ali⁹
dilata os tuum ad petendum ti/
bi vtilia.et implebo deſideriuꝫ
tuum.

Ego ſic ammonui eos. ⁊ tamen Non audiuit popul⁹ q̄ meus: deberet eſſe ad monitionē meā et iſ rael non intēdit mihi ingratus tot beneficiis.

Et q̄ꝛ attēdere noluit ideo Dimiſi eos vt ꝓ ſuo libitu ad oēs ſui cordis voluptates ferantur. ⁊ ipſi ſubtracta gr̄a mea. ibunt in peccatis enormib⁹ et erroꝛib⁹ ab eis nouiter inuentis.

Sic dimiſi eos. ſed Si populus meus audiſſet me credēdo ⁊ ip ſe fact⁹ ver⁹ iſrael ſi in viis me is ambulaſſet p̄cepta mea obſer uando Pro nihilo foꝛſitan. i. vere abſqꝫ vlla difficultate. inimi cos eoꝛuꝫ humiliaſſem eos ad nihilū redigēdo. et ſup tribulan tes eos oſtendiſſem potenti am meaꝫ eos interficiendo

Propheta de eoꝝ eterna dānatio ne loquēs ait Inimici dn̄i. ſ. iudei q̄ deberēt eſſe amici. mentiti ſunt ei. nō reddētes ꝓmiſſa q̄b⁹ ſe ad p̄ce pta oīa ei⁹ implēda bonis pollicita tionib⁹ obligauerūt ⁊ ideo tp̄s pu nitionis eoꝛuꝫ erit in eternuꝫ

Et merito veniūt damnādi. quia Deus cibauit illos ex intima medulla frumēti et ſaturauit eos de melle fluente de petra i rupib⁹ eni illi⁹ fr̄e erat mel i copia

Pſalmus. LXXXI. in quo monet credere chriſtuꝫ veruꝫ deum et verum hominēꝫ eſſe

Eus fact⁹ homo ſte tit in ſinagoga. i. ꝯuen tu iudeoꝝ bonoꝝ q̄s deoſ dicit: iuxta morē illū q̄ dii dicunt q̄ cunqꝫ magni viri: i medio hoꝝ deoꝝ ruꝫ ſtetit xp̄c i aſſumpta natura ſm illud. medi⁹ aūt veſtꝝ ſtetit. in me dio autē diiudicat. id ē. diſcernit bonos ac iuſtos: q̄ maieſtatis ſue monita fidēqꝫ ſecuti ſūt a malis

Ad iudices accuſanſ eoꝝ prauā cōſuetudinē ait: Vſquequo iudi catis iniquitatem ꝯtradicētes le gi quā vobis dederā: ꝓphetas iniu riis afficitis q̄s vobis miſerā: vſqꝫ quo extenditiſ iniq̄tatē iudicii veſtri q̄ iniquū iudiciū facitis ſup me q̄ ꝓ pter vos veni: q̄ vobis tāta bona fe ci: quē occidere diſponitis. et vos o minores quare conſentitis iniquis iudiciis maioꝛum: q̄re cū inſaniētibus inſanitis:

Nolite ḡ iudicare iniquitatem. ſed Iudicate recte ſcꝫ xp̄m egenum q̄ ſemp terrenas facultates ꝯtēpſit: qui cū eſſet diues ꝓ nob fact⁹ ē pau per. et puſillum q̄ ſibi p̄ſidiū nō q̄ ſiuit in terra: iudicate dico vt euꝫ li beretis. et humilem et paupe rem. i. iuſtū oſ̄dite et predicate.

Et vos minores qui plures eſtiſ Eripite pauperem et egenuꝫ xp̄m ſcꝫ de manu maioꝝ ne ꝑmitta tis eū ampli⁹ capi. et de manu iu de q̄ iniuſte pſecut⁹ ē eū. liberate

Ego ita monui eos ſꝫ tn̄ ipi Ne ſcierūt ñ ꝯgnouerūt xp̄m: ⁊ q̄re hoc q̄ꝛ non intellexerunt. id eſt. non crediderūt: ſcriptū eſt eni niſi credi deritis nō intelligetis ⁊ q̄re hoc: q̄ꝛ in tenebris ambulant. i obſcu ro vicioꝝ ⁊ cecitate infidelitatis de tinebanſ. ⁊ ſignū dās ꝓpħa iudeis quo agnoſcāt xp̄m ait: mouebun tur oīa fundamēta terre. nā in eius moꝛte terra mota eſt: et petre ſciſſe ſunt

Et tamē. Ego dixi ſi vultis credere ⁊ mādata dei cuſtodire dii eſtis ꝑticipatione gr̄e mee. O mira dei gr̄a cū ſol⁹ ſit vert⁹ ⁊ ſubſtātialiter deus nō inuidet ꝑticipiū noīs ſui hoībus. et filii excelſi oēs ꝑ gr̄am ⁊ adoptionē. omēs quidem q̄ ſanctis iuſſionibus acquieſcunt

Verba deflectit ad impios dicens: Vos autē impii ⁊ increduli nō eritis ſicut dii viuētes vita eterna: ſʒ moriemini ſicut homīes peccatores in pctō infidelitatis: ⁊ voſ maiores ſupbiā vr̄am in xp̄m exercētes cadetis in ꝓfundū inferni: ita irrecupabiliter ſicut vn⁹ de principibus. i. diabol⁹ q̄ de celo ꝓiect⁹ corruit ⁊ penā ſue puerſitatiſ īuenit

Vos quidē cadetis: ſʒ tu Deus exurge de ſepulcro et iudica terrenos illos iudeos. dāna eos q̄ ita te crucifixerūt: qm̄ his repulſis: tu hereditabis in oībus gentib⁹ ꝓ vna iudeoꝝ gēte que tibi quondā hereditas peculiaris ex omnib⁹ mūdi natiōib⁹ fuit hereditatē accipies omnes gentes

Pſalmus. LXXXII. in quo monet iuſtos ad patiētiam

Propheta preuidens chriſtuʒ in maieſtate magna venturum ad iudicium et admirans ait:

Domine quis ſimilis erit tibi cū ad iudiciū in maieſtate tua magno angeloꝝ exercitu comitante veniēs: null⁹ ne taceas dare i impios ſententiā: ite maledicti i ignez etērnū nec aliq̄ miſeratōe compeſcaris aut miteſcaſ a vindicta eoꝝ ſed cōprime eos pena eterna. Propheta de pſecutione antixp̄i futura loquens ait.

Ne taceas dn̄e dico Quoniam inimici tui antichriſti mēbra tumltuoſis ſeditionib⁹ ſonabunt ꝯtradicētes doctrine tue ⁊ detrahēdo tibi. et qui oderunt te extollent caput ſibi ſcʒ antixp̄m q̄ tāta poteſtate gloriabitur vt ſe etiā deū pſumat dicere excelſum

Super populuʒ tuum chriſtianū. maligno animo ſunt conſiliati ad ppl'i tui depſſionē ⁊ nō tātū ſunt ꝯſiliati: ſʒ etiam cogitauerunt q̄s eoꝝ peiorē ſententiā poſſet dare. cogitauerūt dico nō tm̄ aduerſus mediocres: ſʒ aduerſus ſanctos tuos

Et exhortātes ſe inuicē in ſuo ꝯſilio Dixerunt venite et diſpdam⁹ populuʒ chriſtianuʒ de gente id ē. de mūdo. et n̄ memoreť nomen iſrael. i. nomē xp̄ianū vltra

Et oñdēs vn̄ erit eis tāta fiducia opandi malū dicit Quoniaʒ erūt multi ⁊ vnanimes. qm̄ cogitauerunt ſimul multi ſtudioſi omēs in vnā prauā nocēdi volūtatē ꝯcordantes diſpoſuerunt aduerſuʒ te pactū firmū vt adunato ſtudio pſequāť ſanctos tuos oēſqʒ q̄ ab eoruʒ errore diſſentiūt ⁊ diſpoſuerunt ad h̄ homines terrena amantes et ſanguinem ſitientes. prauos impios qui per habitantes in tabernaculis idumeoruʒ et iſmaelitarum deſignātur ſm̄ eorum interp̄tationes Propheta cōmemorat inimicos xp̄i ſub vocabul' gentiū que ipugnauerūt iſral' iuxta interp̄tationes eoꝝ. Moab. id eſt.

homo abutēs lege. Agar .i. homo alienus a deo. Gebal homo ſimulans humilitatē Amon populꝰ turbidus furioſus. Amalech hō lingens terrā .ſ. fallaciter blandiens. Philiſtim qui hic dicūtur alienigene. interp̄tantur cadentes potione. id eſt. homīes ebrii diuitiis et ꝓſperitate ſeculi cuȝ habitantibꝰ tiruȝ quod interp̄tatur anguſtia. ꝑ quod poſſunt intelligi poſſidentes ⁊ amantes terrena propter que multum anguſtiātur: iſte ſunt gētes que diſpoſuerūt inter ſe fedus pugnādi cōtra gloriā nominis tui cōtra ſanctos tuos ⁊ eccleſiā tuā

Et Aſur qui interpretat̄ elatꝰ ſuperbus ⁊ ſignificat diabolū qui veniet cum illis malis ad ꝑſecutionem fideliū: ⁊ hi oēs opante in ſe diabolo. facti ſunt in adiutorium filiis Loth q̇ interp̄tatur declināſ id eſt. in adiutoriū ſatellitibꝰ diaboli qui a veritate declinauit

Iſti ita diſpoſuerūt ꝯtra te ſȝ tu domine. Fac illis ſicut feciſti populꝰ illis ꝑſecutoribus populi tui iſrael. ſcȝ Madian et Siſare ſicut iabin quos oēs miraculoſe debellaſti per populū tuū Iſrael iuxta torrētem Ciſon.

Diſperierunt iuxta fontē Endor et facti ſunt vt ſtercꝰ terre. qꝛ eorū cadauera cōputruerunt. qꝛ remāſerūt inſepulta ſuꝑ terrā

Pone proſterne ⁊ diſperge principes inimicoruȝ populi chriſtiani ſicut Oreb et zeb et zebee et Salmana quos etiaȝ miraculoſe debellaſti ꝑ gedeonē et trecentos viros cum eo

Depone etiā domine omēs principes eoꝝ. Qui dixerunt ore ⁊ ope poſſideamus ſanctuariuȝ dei id ē. populū ſanctū dei ⁊ hereditatē

Deus meus pone illos vt rotam vt in infernū celerrimo curſu deuoluātur et ſicut ſtipulam ante faciem venti. vt ſicut ſtipula omni vēto circūfertur ita illi vbiqȝ diſpergantur.

Preterea mala ſentiāt in preſenti ī alia vero vita. Sicut ignis qui comburit ſiluam ex magna potētia. et ſicut flamma comburēs montes ex ardoriſ vehemētia. ita perſequeris illos ī tempeſtate tua. id eſt. in iudicio quod ſubito quaſi tempeſtas veniet. et in die vindicte tue oſtendes te eis iratum penā eternā eis inferēdo

Propheta poſtꝙ̄ petiit damnationem maloꝝ modo petit cōuerſioneȝ ſaluandoꝝ dicens: Imple facies eorum. ſ. ꝑſecutoꝝ q̇ preuiſi ſūt ad ſalutem. ignominia. i. fac eos ſibi et aliis ignominioſos videri vt erubeſcant de peccatis. et ſic querēt nomen tuum dn̄e. vt fiāt chriſtiani qui ante erant obſtinati

De malꝰ obſtiatis q̇ ꝯuerti noluūt ait Erubeſcant de turpitatibꝰ ſuis. ⁊ conturbentur de penis duraturis. in ſeculuȝ ſeculi et confundantur in aīa ⁊ corpe et pereant eternis tormētis

Vt tūc ſaltim cognoſcant ꝑ experientiaȝ pene inflicte. qꝛ conuenit tibi veraciter hoc nomen dn̄s. id ē. magnitudinē tue potētie ꝯgnoſcāt etiā ꝙ tu ſolꝰ altiſſimus ſuper oēs terrenos q̇ potēs es cōuerſis ꝑcere ⁊ obſtinatos eterna vltione dannare.

Pſalm⁹. LXXXIII. in quo
monet ad amorē eternorum

Propheta in perſona ec-
cleſie ad supernā hieruſalem
peruenire cupientis ait

Quam id eſt. valde
amabilis patria celeſtis
O quam deſiderata
tabernacula tua. valde precioſe:
ſpecioſe: et luciðiſſime ſunt manſio-
nes tue. o domine angelorum. Con-
cupiſcit anima itrare i atria tua.
et languet. p̄ deſiderio qđ actu nō
ingreditur
Anima mea et caro mea exul
tauerunt de ſpe perueniendi. ad
deum viuum
Etenim dñe: ſi paſſer querit
ſibi domum in qua pmaneat. et
turtur ſibi nidum querit: vbi re
ponat pullos ſuos: quāto mag
homo rōis capax debet q̄rere locū
vbi ppetuo quieſcat q̄ nō eſt ali⁹ ni-
ſi tu deus in quo ſolo pōt quieſcere
cor humanum.

Nid⁹ aūt quē ꝯcupiſco inuenire
ſunt. Altaria tua dñe virtutū
māſiones tuorum ſanctorum vbi iugiter
tibi offerent ſacrificia laudis. rex
meus. q̄ me regis in via euntem ad
illa altaria. et deus meus qui me
ad hoc creaſti. Nec mirum ſi cor meū
et caro mea exultāt de hoc quoniā.
Beati qui habitant in domo
tua celeſti domine in ſecula ſe-
culorum laudabunt te. quia in
comprehenſibilis pulcritudo diui-
nitatis ſanctis tuis pn̄s ſemper erit
Oſtendit quo auxilio pueniatur ad
domum dei dicens:
Beatus vir ſpe in hac vita eſt.
qui habet auxiliū a te. q2 alias
nō poteſt: cū beatitudo illa omnē ex
cedat creatā facultatē p qđ auxiliū
gratie tue aſcēſiones diſponit
in corde ſuo virtutib⁹. qb⁹ tāq̄
gradibus virtutū ad domū celeſtem
aſcendere mereat. diſponit: dico ī
valle lacrimarū, p peccatiſ. loc⁹
quē deus hoī ad merendū inſtituit
Etenim talib⁹ dabit benedicti
onem ſuam Chriſt⁹ legis euāge
lice lator et iſti ibunt de virtute
in virtutē. ſemp pficiēdo ī augmē
to grē donec pueniant ad vitā eter
nam q̄ cōſiſtit in plena viſione dei
ſanctorum ſuorum
Propheta orat in pſona fideliū aſ
ſociari beatis dicens:
Domine deus virtutū exau
di orationē meam dādo mihi il-
las virtutes p quas aſcenditur ad
te videndū. cito percipe oratio-
nem meam o deus Jacob
O dñe de⁹ pater. Protector no-
ſter aſpice ad p̄ces noſtras acce-
ptando eas: et ſi nō ppter nos ſaltē
reſpectu meritorum filii tui qui eſt ima
go tua.

Ideo o dñe deus cupio puenire in
domū tuā Quia melior eſt dies
illa. que vna eſt ꝯtinua ⁊ eterna cui
nunq̄ ſuccedūt tenebre ī atriis tu
is in habitatione celeſti. ſuper mi-
lia annorum tranſeuntium.
Et vt ad illa atria merear admitti.
Elegi abiectuſ eſſe in humilita
te viuere hic in eccleſia militāte: q̄
diuitiis et honorib⁹ huius ſeculi ab
undare inter peccatores
Hoc aūt ideo elegi. Quoniam mi
ſericordiam et veritatem dili
git deus: miſericordiam peccata

condonãdo:veritaté veraciteꝛ adim
plédo qđ ꝓmiſit ſanctis ſuis .ſ. gra
tiam in pñti et gloꝛiam in futuro
Dabit quidé veraciter ſuis ſuis
gratiã ⁊ gloꝛiam.qm̄ Non pꝛiua
bit bonis grẽ ⁊ glĩe eos qui am
bulant ⁊ pſeuerãt in innocẽtia.
talis nõ poteſt ꝓuari muneribꝰ dei.
qui iam hic dona beate ꝯuerſatiõiſ
accepit.⁊ ideo Domine deus vir
tutum beatus homo qui ſpe
rat in te nõ in rebus ſeculi tranſi
toꝛiis ⁊ caducis

Pſalmꝰ.LXXXIIII.ĩ quo
monet per fidem accedere ad
chꝛiſtum vt habeatur eius be
nedictio.

Pꝛopheta pꝛeuidés futura
quaſi pꝛeterita ꝓpter certitu
dinem narrans ait: Dñe pa
ter qui quondam maledixiſti
terram ꝓpter peccatũ pꝛimi
hominis:modo

enedixiſti recipi
entem aduentũ filii tui ĩ fi
de ꝑ qué auertiſti pecca
tum ꝑ qđ humanũ genꝰ captiuũ
tenebatur a diabolo
Auertiſti captiuitaté qꝛ Remiſi
ſti iniquitatem plebis tue pꝛo
pter quã fuerat captiua ꝑ fontẽ ba
ptiſmatis et cooperuiſti omnia
peccata eoꝛum vt amplius nõ veni
ant in cõſpectu tuo puniéda
Uere remiſiſti qꝛ o dñe Omnem
iram tuã qua humano generi ira
tus eraſ mitigaſti in aduẽtu filii tui
⁊ ita mitigaſti ꝙ auerſuſ es ab
ira indignationis tue.
Pꝛopheta qđ dixerat fiendum oꝛat
vt fiat dicés o deus ꝗ nos ꝑ filiũ tu
um ſaluare diſponis
Conuerte nos ad fidem filii tui
et auerte iram tuam a nobis.
quã habes ꝓpter peccatũ ꝓmi hois
Auerte.⁊ auertes irã tuã.quia
Nunquid in eternum iraſce
ris nobis certe nõ:cũ ꝑcere et mi
ſereri ſit ꝓpꝛium tibi.aut extẽdes
iram tuam ꝑ omnes generati
ones ſuccedentes :certe non qꝛ
placabilis eris in generatione xp̄i
Nõ extendes irã tuã ſed Tu deꝰ
ꝯuerſus ab ira viuificabis nos
ſpũaliter per aduentum filii tui . et
plebs tua viuificata letabitur ĩ
te ſecura de eterna beatitudine.
Et vt hoc cito fiat Oſtende no
bis domine miſericoꝛdiam tu
am mittédo nobiſ filiũ tuũ in carne
viſibilem .et da nobis ſalutare
tuum quaſi amplectendũ quaſi poſ
ſidendũ quaſi munere eterne gloꝛie
ꝑfruendũ:da vt cũ in mente nr̃a cele
ſti dono recipitur:nullis téptationi
bus auferatur
Pꝛopheta quaſi petitiõis ſue com
pos dicit : Audiam attente quid
loquatur in me deus meꝰ ꝑ in
ternã reuelationem.⁊ audiuit ꝙ lo
quitur pacem annũciabit mihi fi
liũ ſuũ qui eſt pax noſtra nõ ad oẽs
loquitur pacem ſed in plebem
ſuam ſcꝫ in ſanctos ꝗ dño ꝓbabili
cõuerſatione placuerũt
Dico in plebẽ ſuã.i. Super ſan
ctos ſuos et ſuꝑ eos oẽs qui
de omni gente conuertuntur
ad Chꝛiſtum
Licet xp̄s pacé locuturꝰ ſit ſuꝑ oẽs
ꝗ cõuertent ad eũ Ueruntamen
ꝓpe iudeos.qui ſoli inter alias
gẽtes timere dicebãtur deum

quia legē eius receperāt: xp̄s naſce
tur ⁊ miſteriū redemptiōis humane
pficiet vt terra noſtre ꝓmiſſio
nis hanc gloriam habeat qꝛ i ea
ex gēte ſua ſaluatoꝛ nat⁹ ſit ⁊ paceꝫ
in omēs fuerit locutus

Miſericoꝛdia et veritas ſimul
conuenerunt in aduentu chri
ſti: miſericoꝛdia qꝛ fili⁹ dī aſſumpſit
carnē: veritas qꝛ impleta eſt ꝓmiſſio
facta patrib⁹ veteris teſtamēti de i
carnatione filii dei et xp̄o p ſuā paſ
ſionē ſatiſfaciēte ꝓ nobis. Iuſticia
et pax concoꝛdiam fecerunt

Ideo ꝯuenerūt miſericoꝛdia ⁊ ve
ritas ⁊ iuſticia ⁊ pax cōcoꝛdiaꝫ fece
runt qꝛ Veritas .i. chꝛiſt⁹ de ter
ra oꝛta eſt .id ē. ex Maria virgine
verbū caro factū eſt et iuſticia de
celo ꝓſpexit qn̄ hūano generi pe
riclitanti filius dei mirabili diſpen
ſatione ſubuenit. vn̄ ſequitur

Etenim dn̄s dabit benignita
tem .i. gratiā inſpirantē p chꝛiſtum
et facultas liberi arbitrii no
ſtri aſperſa illa benignitate dabit
fructum ſuum .i. bona opa

Licet de⁹ dicatur ⁊ ſit benignus.
Iuſticia tamē ante eum ambu
labit parās ei viā: ꝓma iuſticia ho
minis eſt vt puniat ſe malū ⁊ faciat
ſe bonū. ⁊ hec eſt via dei vt veiat ad
eū ⁊ ſit in coꝛde eis ponet in via.
ſic parata veſtigia ſue imitatio
nis deus

Pſalmus. LXXXV. in quo
monet ad oꝛationem

Chꝛiſtus ex foꝛma ſerui
ad patrem ait:

Nclina ad me au
rem clementie tue et ex
audi me vt deſideria mea cōplean
tur: inclina dico quoniam inops
ab alio nō habēs opē et paup p me
ſum ex pte humanitatis loquit̄. q̄
ex ſe nihil habere poteſt niſi qđ lar
gitate diuinitatis accepit.

In hoc exaudi me pr̄ Cuſtodi
animam meam ⁊ meoꝝ ab omni
bus ſcandalis contra inſidiatoꝛes.
quoniam ſanctus ſum in me et
mei etiā ſunt ſanctificati in baptiſ
mo ſaluum me fac q̄ ex obedien
tia tua foꝛmā ſerui accepi ⁊ meos q̄
tibi vnanimiter ſeruiūt deus me⁹
ſperantem in te.

Miſerere mei dn̄e quoniam
ad te clamaui pſeuerāter ⁊ inſtan
ter letifica animam ſerui tui. q̄
multis amaritudinib⁹ cōtriſtatur li
berādo me ab eis quoniaꝫ aīam
meam leuaui p deuotionē ⁊ ardē
tem amorē nō deoꝛſuꝫ declinaui ad
terrā ſed leuaui ad te vbi eſt vā le
ticia ⁊ ſine fine ſecuritas

Ideo animā meam leuaui ad te:
Quoniaꝫ tu dn̄e ſuauis es. qꝛ
poſt amaritudinē hui⁹ ſeculi dulciſ
es ad te recurrētibus mitis qꝛ diu
ſuſtines peccatoꝛes et copioſus i
miſericoꝛdia qꝛ licet ſint innume
roſa nr̄a peccata multo abundātioꝛ
eſt tua pietas q̄ tot relaxat offenſaſ
omnibus inuocantib⁹ te

Ideo Auribus pcipe oꝛationē
meaꝫ: et intēde voci depreca
tionis mee dādo effectū oꝛatiōis
mee quā ꝓ me ⁊ meis fundo

Tempe tribulationiſ mee cla
maui ad te licet eni omni tpe de⁹
ſit exoꝛādus: enixi⁹ tn̄ in tribulatiōe
eſt inuocādus qꝛ exaudiſti me. ꝓ
tua clemētia p̄teritis tempoꝛibus i

aliis meis pctibus.
Merito clamabo ad te quia o dñe. Non eſt ſimilis tui in diis.i. poteſtatib⁹ hui⁹ ſeculi ſiue in celeſtibus creaturis. ſcʒ nec in nobilitate ſubſtãtie nec in magnitudine potentie nec in magnificẽtia admirabiliũ operum tuorũ ⁊ generaliter nõ eſt q̄ ſimilis ſit tui ad quẽ clamare potuiſſeʒ tu me ſtatim liberare potes ꝑ tua volũtate.
Uere nõ eſt aliq̄s ſimilis tui.qm̄. Omnes gentes.i.aliqui d̄ omni gente venient ꝑ fidẽ de cultu ſuo ad tuum cultuʒ te adorãtes ⁊ venerãtes et glorificabunt nomẽ tuum.i.glorioſum p̄dicabũt.
Uere nõ eſt tibi ſimilis Quoniaʒ magnus es tu cui poteſtati nulla tenus valet aliq̄d ꝯpari q̄ nulla mutabilitate cõuertitur:ſʒ ſꝑ in nature ſue gl'a pſeuerat et faciens mirabilia tu es deus ſolus q̄ ⁊ ſi alii faciũt tua v̄tute faciũt ⁊ ꝑ te faciũt
Oratur ꝓ mẽbris Deduc me domine.i.meos in viam mãdatorum tuorum q̄ via iuſta ⁊ ſãcta eſt.⁊ poſitus in ea ingrediar ĩ veritate tua ꝓficiẽdo de virtute ĩ virtutem letetur cor meuʒ de ſpe remuneratiõis ſemꝑ tamen timeat nomen tuuʒ timore caſto.
Qd̄ ſi feceris nõ ero ingratus.qm̄ Confitebor tibi confeſſione laudis in toto corde meo:et glorificabo nomen tuũ in eternuʒ.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuꝑ meos. q̄ maior dici nõ poteſt et eruiſti animam meam.i.meoꝝ.ex infernali damnatione.
Chriſtus ex pſona ſerui de paſſione loquẽs ait:O deus iniqui.id eſt. iudei.inſurrexerunt ſuper me volẽtes me cõprehẽdere ⁊ nõ ſolũ in iq̄ inferiores ſʒ etiam ſinagoga potentium iudeorum queſierunt animaʒ meam vt me interficerent et non poſuerunt te in conſpectu ſuo.i.obliti ſũt tui.
Ipſi ita Et tu dñe deus miſerator q2 ſingulis creaturis miſericordiã faciẽs miſericors q2 ſempia eſt ipſa natura diuinitatis patiens q2 peccatores ſuſtinet ⁊ ad votum cõuerſionis inuitat.et multe miſericordie q2 pctã indulget.et verax implẽdo ꝓmiſſa
Reſpice in me dominẽ et miſerere mei celerrima reſurrectione ſubueniẽdo da poteſtatẽ iudicij mihi innocẽti ſuꝑ oẽm creaturaʒ et ſaluum fac filium beate Marie q̄ dixit ecce ancilla domini Fac mecuʒ.i.imple in me ſignuʒ Ione ꝓphete vt ſicut ille ſtetit in vẽtre ceti trib⁹ dieb⁹ ⁊ tribus noctib⁹. ſic ego tm̄ ſim in corde terre qd̄ reſurrectionis ſignũ erit in bonum. quia ꝑ illud declarabitur virt⁹ tua. ſpes credentiũ cõfirmabitur.et iudei qui me oderunt videntes me reſurgere confundẽtur intelligẽtes ſe male egiſſe.et quoniam tu domine adiuuiſti me in certamine et conſolatus es me. reſuſcitando me a mortuis.

Pſalm⁹.LXXXVI.in quo monet toto corde aſpirare ad celeſtem hieruſalem

Propheta in laudeʒ eccleſie ꝓrumpens ſub noĩe ciuitatis ꝯmendat eum primo a fundamentis dicens

**Undamēta** eius. ſ. eccleſie in montibus ſanctis ſcꝫ ꝓphetis et apoſtolis qui poſt Chriſtū qui eſt principale fundamentum: fundauerunt eccleſiaꝫ in fide Chriſti: qui apoſtoli dicunt etiā monteſ propter altitudinē virtutū Secūdo cōmēdat eccleſiā a portis ſcꝫ ſacramētis eccleſie dicens: diligit dominus portas ſion. id ē. eccleſie ſacramēta. ſuper omnia figuratiua et cerimonialia cultus veteris teſtamenti Tertio cōmendat eccleſiam a celebritate fame dicēs: Glorioſa dicta ſunt p ꝓphetas nō de illa figurali que cecidit ſꝫ de te ciuitas dei Quarto cōmendat eam a multitudine ciuiū cū in pſona chriſti ait:

Memor ero ñ tantū populi iudeorum ſed omniū gentiū p Raab et Babilon deſignataꝝ vt euocētur ad me ꝛ hoc mediantibꝰ ſcientibꝰ me. id eſt. apoſtolis quibꝰ pceptum fuit cūctis gētibus pdicare

Quoꝝ pdicatione cōuerſe ſunt gentes. Tirus ſcꝫ et populus ethiopum: horuꝫ multi fuerunt recepti in eccleſia in xp̄m credenteſ ex qbus ipſa ciuitas dei eſt ꝯſtructa

Nunquid ſinagoge poterit h glorioſū pſuaderi qꝫ homo natꝰ eſt in ea qui ſaluabit eam et ipſe idem eſt qui fundauit eam inqntum deus qui eſt altiſſimus

Certe ſic pſuaderi poteſt ꝛ tanqꝫ veriſſimum pdicari. qm Dominus qui mentiri nō poteſt. narrauit in ſcripturis ꝓphetarum que credite ſunt populo iudeoꝝ qꝫ chriſtus verus deus erat ꝛ verꝰ homo: h etiam narrauit in ſcripturis apoſtolorum qui principes eccleſiarū fuerunt Quinto cōmendat eā propheta a beatitudine ſupna incōprehenſibili ad quam ſumenda eſt poſt iudicium.

O ſion ſuperna Omnes qui ī te habitant iocundi ſunt et vere letantur quia gaudiū ꝛ leticia iuenientur in te vbi felicitas pfecta. et iocūditas cōſummata

## Pſalmus. LXXXVII.

Chriſtus ex forma ſerui ad patrem oransait

**Omine deuſ** auctor ſalutis mee. id ē immunitatis mee a peccato omni tempe clamaui coram te. i. attēte ꝛ pſeuerāter

Et quia ita clamaui Sit accepta conſpectu tuo oratio mea ꝛ a te ſit exaudita p effectum

Opus eſt vt me exaudias Quoniam repleta eſt anima malis. i. doloribus: anxietatibus: vnde ipſe dicit: triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem. et anima mea in inferno appropinquauit. duꝫ trador ad mortem.

Eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: inferni: putauerūt eni iudei me peccatorē vnū de illis qui neceſſario ꝛ inuiti deſcēdunt in pfundum inferni eſtimatꝰ ſum etiam ab eis ſicut homo ſimpliciter ſine adiutorio cum tamē inter mortuos eſſem liber a coactione ꝛ liber ab oī pctō.

Eſtimatus etiam ſuꝫ ab eis Sicut alij vulnerati dormiētes ſono

moꝛtis in ſepulcris: quoꝛum ñ
eſt memoꝛia amplius vt ad bo
num reſurgant et ipſi qui talez me
exiſtimauerunt repulſi ſunt o de
us a pꝛotectione tua qui me ſine
adiutoꝛio tuo eſſe putauerunt
Poſuerunt me reputatione ſua.
in lacu inferioꝛi. putauerunt enĩ
me dignum qui in talẽ deberẽ deſcẽ
dere locum. et in tenebꝛis et vm
bꝛa moꝛtis. id eſt. in tenebꝛis obli-
uionis derelictum quẽ nemo reqꝛre-
ret: nemo ſaluaret eſtimauerunt me
poſuiſſe.
Arbitrati ſunt iudei ꝙ Sup me
confirmatus eſſet furoꝛ tuus
credentes ꝙ ex ira tua ad paſſionis
pericula perueniſſem et ampliſſi-
mas indignationes tuas. pu-
tant te induxiſſe ſuper me cum
me ꝑtuleris crucifigi
Quomodo autẽ amici eius in paſſi
one ſua ſe habuerunt dicit: Longe
feciſti eos quibus notꝰ eram.
ſcꝫ diſcipulos qui me relicto fugerũt
poſuerunt iudei me abomina-
tionem ſibi ita vt nomen meũ nol
lent audire.
Traditus ſum a proditoꝛe diſci-
pulo et non egrediebar ad vindi
ctam. oſtendẽdo potentiaꝫ diuinita-
tis mee. et oculi mei id eſt. apoſto
li infirmati ſunt. ita vt Petrꝰ ne
garet ⁊ alii fugerẽt: et hoc ꝓ inopia
veri luminis ⁊ intelligentie ſcriptu-
rarum ſacraꝝ. q̃ dicebant opoꝛtere
pati chꝛiſtum ⁊ reſurgere a moꝛtuiſ
Clamaui ad te domine ĩ cru
ce hely hely ⁊ cetera ſic tradidi ſpiri
tum operationes autem meaſ
expandi per charitatẽ ad te ad tu
am ſemꝑ referẽdo voluntatẽ

Oſtendit quibus nõ ꝓſunt opa ſua
dicenſ: Nunquid moꝛtuis coꝛde
⁊ obſtinatis in malo facies mira
bilia certe non quia credere nolunt
aut medici ſuſcitabunt moꝛtu-
os et illi confitebuntur tibi: cõ
feſſione laudis: certe nõ.
Nunquid narrabit aliquis. ꝙ
diu anima ſua moꝛtua peccatis iacꝫ
in ſepulcro coꝛporis ſui miſeri-
coꝛdiam tuam qua relaxãtur pec
cata: certe nõ. et veritatem tuaꝫ
narrabit qui inter ꝑditos com-
putatur:
Nunquid cognoſcentur in te
nebꝛis mirabilia tua. id eſt. ĩ pec
catoꝛibus obſtinatis tenebꝛis igno
rantie ⁊ erroꝝ obtenebꝛatis: certe ñ
impediẽte hoc eoꝝ malicia: p̃termit
tentes enĩ deum ſapiẽtie lumina per
diderunt. et iuſticia tua non co
letur ꝑ repꝛobos homĩes. qui
iniquitatum ſuarũ merito ob-
liti ſunt deum.
Et ego ad te clamaui qui potẽs
es moꝛtuos reſuſcitare mane oꝛa
tio mea preueniet te qꝛ matuti-
na reſurrectione me clarificabis.
Ut quid domine repellis oꝛa
tionem meam: auertis faciez
tuam a me vt trãſeat calix iſte.
Ego ꝓ tui obediẽtia a tempoꝛe car-
nis aſſumpte Paup ſum et in la
boꝛibus a iuuentute mea exal
tatus in cruce humiliatus in ſe-
pulcro: et conturbatus in moꝛte.
Jn me tranſierunt afflicti
ones tue quas tua voluntate non
mea culpa patioꝛ: tranſierunt dico:
non perſtiterũt et terroꝛes indi-
gnationis tue contra humanum
genꝰ conturbauerũt infirmitatẽ

carniſ mee quoniã ex obediẽtia tua languores eorũ ego tuli ⁊ dolores eorꝫ ego portaui.
Circumdederunt me iudei in/undantia grauiũ perſecutionũ. cir/cumdederunt me ſimul phari/ſei cum ſacerdotibus Pilatus cum principib⁹ et populis
Elongaſti a me amicum cetũ apoſtolorꝫ et proximum qui mihi aliquam faceret miſericordiã et no tos meos a miſeria. mea ita vt nullus auxiliũ ferre mihi poſſet
Pſalmus .LXXXVIII. in quo monet vt ſpez non in no bis ſed in deo ponamus.
Vox prophete
Jſericordias domini in eternuz can/tabo eas ſcz quibus hoiez peccato mortuũ viſitare dignat⁹ eſt per filium ſuum
Propheta: miſericordias dñi cãta/bo de reparatione humani generis. que eterna ſtabilitate conſiſtũt et ꝑ/petuis ſunt celebrãde ꝓconiis. fecit enim mirabilẽ in humano genere pi etatem vt quod pierat requireret et vulnerata ſanaret.
Jn generatione iudeorꝫ et ĩ ge neratione gentiũ annunciabo completionẽ promiſſionũz ſu arum in ore meo in quo fit cõfeſ ſio ad ſalutem.
Cantabo ſecurus miſericordias Quoniam tu dixiſti mihi ꝑ re uelationẽ ſpiritusſancti ꝙ in eter/nuz miſericordia edificabitur remiſſio peccatorum edificatur duz corruerint vicia ⁊ plantabũt virtu tes; iſta miſericordia nunꝙ deſtruit ſed ſemꝑ viget ſemꝑ augetur ꝑ apo ſtolos qui celi dicũtur Veritas tua predicabitur et exponetur
Jtem dixiſti Diſpoſui ordina/ui pactum non cum omnibus: ſed cum electis meiſ euangelicis vt acquiſitos per gratiam dei populoſ vel doceant vel informent. iuraui chriſto qui ex ſemine dauid carnez aſſumpſit vſqz in eternum pre/parabo ſemen tuum imitatoreſ tue iuſticie. preparabo ad eternaz et ſemper manſurã felicitatẽ.
Et continuabo regnum tuuz. quo regas in populo fideliũ in om nem generationẽ futuram
Et ſicut dixiſti ita cõplebitur. vnde Confitebuntur celi. id eſt. apo/ſtoli mirabilia tua que preparaſti in redemptione humani generis. ſanando omnes infirmos et veri/tatem tuam. id eſt. adimpletionẽ promiſſionũ tuarꝫ in eccleſia ſan ctoruz in qua ſola ſacramẽta fidei prophetarꝫ archana cuz deuotione ſuſcipiũtur ⁊ eorꝫ veritas amatur ⁊ colitur.
Securus te laudabo Quoniam quis in prophetis qui nubes dicuntur aut de numero aliorꝫ ſan ctorum equabitur in potẽtia. do mino nullus autem ſimilis erit domino in ſubſtãtia in filijs dei. ſcz in angelis et aliis ſanctis viris: qui ſunt filii dei per adoptionẽ. nul/lus profecto vnigenito filio dei po/teſt per equalitatem aſſimilari: quo/niam ille in omnibus ad ꝑfectionez pertinentibus in infinitum excellen tior eſt vniuerſis.
Vere nullus equabitur domino qm̃ ipſe eſt de⁹ Qui cũ pr̃e ⁊ ſpũſancto

glorificatur a ſanctorum ange lorum collegio magnus potentia. cuius magnitudinis nõ eſt finis terribilis. id eſt. metuenduſ ꝑpter iudicium quod facturus eſt. ipſe dico exiſtens: ſuper omnes qui in circuitu eius ei aſſiſtunt excelſus et reuerendus per quẽ omneſ cognoſcuntur eſſe glorioſi. vnde ſequitur:

Domine deus virtutum celeſtium quis ſimilis tui nullꝰ vtiqꝫ tu enim potens es ex te ſolo: nec aliquis habet potentiam niſi per te et claritas tue lucis expanſa eſt ſuper omẽs qui in circuitu tuo ſunt q̇ oẽs tua veritate illuminanẗ

Uere tu potenſ es. quia Tu dominaris poteſtati mariſ ⁊ cetera non tantũ ad litteram: ſed etiam dominariſ poteſtati huius ſeculi qḋ dicitur mare. et procellas ſeditionum et perſecutionum q̇bus ſeuiunt in ſeruos tuos tu mitigas ne tantum poſſint graſſari quantuꝫ volunt: licet non prorſus ſemper auferas: ſed relinquaſ pro parte ad ſeruorum probationẽ

In hoc etiam apparet tua potentia deus ꝙ Humiliaſti deieciſti ḋ celo in hanc aeris denſiſſimam graſſitatem diabolum qui ſingulariter ſuperbus eſt ſicut vulneratum. vulneratus quidem fuit quãdo ſplẽdore dignitatis qua prius nituit priuatus de celo corruit et hoc in brachio virtutis tue in quo diſperſi ſunt iudei in omnes gẽtes.

Bene autem hec omnia facere potuiſti. quoniam

Tui ſunt celi et tua eſt terra vniuerſa: orbem terre et plenitudinem eius tu fundaſti: aquilonem et mare tu creaſti. ꝑ aquilonem qui frigidus ventꝰ eſt intelligitur diabolus qui dixit: ponam ſedem meam ab aquilone ⁊ ero ſimilis altiſſimo: ⁊ per mare iniquaſ poteſtates que contra domini mandata ſacrilegis voluntatibus erigũtur.

Et quia ita potens es Thabor et hermon qui ſunt montes ſyrie. id eſt. duo populi deſignati per eos ſcꝫ populus iudeorum. ad quos primo venit lumen diuine cognitionis. qḋ interpretatur thabor. et populꝰ gentium qui primo erant in anathemate: quod interpretatur hermon. erãt alieni et ſeparati a te conuerſi ad te exultabunt in nomine tuo gaudentes ꝙ ab eo dicuntur chriſtiani. quia tuum brachium quo humiliaſti ſuperbum. cũ potentia ſemper eſt et erit

Quare oro Firmetur manus tua contra ſuperbos et exaltetur dextera maieſtatis tue ad hũiliandum eos. et cõmendans chriſtũ a iuſticia dicit ſedes tua apparebit in iudicio parata ad faciẽduꝫ iuſticiam et iudiciuꝫ ad iuſte iudicandum cum manifeſte ſepabunẗ oues ab hedis.

Uerũtamen anteꝙ̃ facias iudiciuꝫ. Precedent faciem tuam miſericordia qua deles peccata. et veritas qua imples promiſſa beatuſ populus qui omnem immenſam leticiam ſuam non in proprijs viribus ſed in dei ꝯgnoſcitur poſuiſſe virtute

Bene beatus eſt quoniam tales ambulabunt. In illuminatione

filij tui qui tuus dicitur vultus . qꝛ
per eum ipſe cognoſceris . et exul
tabunt aſſidue chriſtiano nomīe
exaltabuntur in tua iuſticia .q̊
niam obtinebūt regnū celeſte ꝑ iuſti
ciam quam tu eis dediſti.

Bene dicitur in iuſticia tua exalta
buntur . Quoniam gloria vir/
tutis eorum tu es.id eſt.tibi non
ſibi virtutem ſuam aſcribunt ⁊ te in
de reputant glorioſum vnde tibi di
cunt in beneplacito filio tuo ſu
per quem bene tibi complacuit . ex
altabitur.id eſt.excreſcet fortitu
do et virtus noſtra

Et hoc ideo . quia Dominus aſ
ſumpſit carnem noſtraz domi
nus ſcilicet qui ſanctificator eſt
iſrael et rex noſter in eternum.

Unde ſcis hec predicta . quia
Tunc temporis aſſumpte carniſ
locutus es per reuelationem
ſanctiſ tuis ſicut zacharie et ſime
oni et anne prophetiſſe conſolationē
iſrael et dixiſti :poſui adiutori
um hominum ſuper filium potē
tem cuius potentia eſt inſuperabi/
lis quem tuis fidelibus adiutorium
conſtituiſti ⁊ ipſum natum de ple/
be mea iudaica exaltaui vſq; ad
dexterā meā ſublimādo

Dixiſti etiam hoc Inueni elegi
chriſtum de ſemine Dauid na
tum manu fortem ſeruum obediē
tem in quo ſalutem humani generiſ
perficerem ⁊ ideo oleo ſancto .i.
ſpūſancto vnxi eum.

Ideo potens quia Uerbum diui
num humanitati vnitum auxi
liabitur et conſolabitur Chri
ſto homini in omnibus operib⁹ ſu
is ⁊ paſſionibus et idem verbuz
confirmabit eum contra aduer=
ſa vt quā pro ſalute mundi prius re
demptor ſuſceperat:propoſitam pa
geret paſſionem

Quouſq; confirmabit:qꝛ Nihil ꝓ
ficiet diabolus proteruus humani
tatis inimicus contra eum : et
filius iniquitatis Judas ſcilicz
non valebit nocere ei quia licet
iudas nocere ei preſumpſerit nulluſ
tamen eorum peccatū qd̄ iuſte accu/
ſare potuiſſent inuenit in eo

Et ideo

Concidam a facie ipſius ini
micos eius ſcilicet iudeos qui ſe
pe a domino ꝯfuſi diſcedebāt a con
ſpectu dei : et diabolos odientes
eum in fugam conuertam qui
coram eo ſepe fugiebant claman=
tes cur veniſti ante temp⁹ torquere
nos.

Et veritas mea et miſeri
cordia mea cum ipſo nihil enim
diuiſum eſt inter patrem ⁊ filiū :vir
tutes enim quas habet pater habet
et filius . Ueritas enim pertinet ad
iudicium quo iudicaturus eſt mun/
dum:miſericordia ad pietatem qua
peccata dimittit et in nōie meo.
quod eſt deus exaltabitur fortí/
tudo eius.

Et ponam in gentibus que
per mare ſignificantur poteſtatē
et dominationem eius . in vni/
uerſo orbe dilatabo et in principi
bus quorum cura fluit in populuz
ſicut flumina in mare potentiam
eius qd̄ tunc poſuit quando ei plu=
res ꝑncipeſ terre reges ⁊ imꝑatoreſ
ꝑ fidem ſubdidit

Et hoc ideo quia Ipſe inuocauit me dicens: pater meus es tu. ſm q deus et deus meus ſm q homo. et ſuſceptor mei ad ſalutem.

Ipſe inuocauit me pater meus es tu: et ego primogenitum conſtituam illum: excelſum p regibus terre. quia ipſe rex regū et dominus dominantiū

Quia poteſtas data Chriſto nō eſt temporalis ſubdit:

In eternum ſeruabo illi miſericordiam meam gratiam meam nihil reuocando ex his que dedi illi. et fideliter adimplebo ī eo cuncta que illi pmiſi

Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius ſpirituale: populum ſcz chriſtianum qui illum imitatur q ſemper durabit et thronum id eſt poteſtatē iudiciariaz ſicut dies celi. id eſt. perpetuam ꝛ immortalē

Et hoc dicit Si autem illi q debent eſſe filii eius. id eſt. Chriſti dereliquerint. id eſt. nulla ratiōe voluerint ſuſcipere legem meam: ꝛ ſi illi qui debent eſſe filii nō ambulauerint in viis meis.

Si iuſticias meas prophanauerint aliquo errore aut mēdacio. et mandata mea non cuſtodierint.

Non exterminabo eos totalit vtendo auſteritate iudicis. ſed Viſitabo in virga: aliqua afflictione temporali zelo paterne correctionis iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorum vt corrigam et erudiam vt cōuertātur

Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo. ſcz Chriſto nec membris eius: peniteant peccatores et nullus deſperet. nec nocebo in veritate mea. quia nolo mortem peccatoris ſed vt conuertatur ꝛ viuat

Non nocebo nec etiaz prophanabo non violabo pactum meū quod pepigi cum patribus antiquis: nec promiſſiones meas ſed rerum fides honorabiles faciam. et que locutus ſum per prophetas meos quia ſunt labia mea non faciaz irrita: ſed implebo

Non faciam irrita que locutus ſum. quoniam

Immutabiliter iuraui ī me ſancto et non mentiar Chriſto eius populus chriſtianus in eternum manebit.

Et thronus eius. id eſt. populus fidelis in quo inſidet quieſcit et iudicat quantum ad animas erit. ſicut ſol et quantum ad corpora poſt reſurrectionez erit ſicut luna perfecta tota lucida nullam obſcuritatem habens. et huius glorie ſanctorum teſtis fidelis eſt ipſe Chriſtus in celo: cuius caro reſurrexit glorioſa: cuius glorie claritati ꝯformes futuri ſunt omnes ſancti

Vox apoſtolorum ad patrē quaſi exprobrantiū ei

Tu qui promittebas et confirmabas iuramento que promiſiſti iſta feciſti: quid eſt hoc: iuraſti ſemen chriſti in eternum duraturum et nunc repuliſti. id eſt. videris repuliſſe vſqz ad patibulum Chriſtum tuum ꝛ deſpectū dediſti et diſtuliſti eū a gloria tradēdo inimicis.

⁊ ſic videtur qͦ ꝓmiſiſti non ſit in il
lo implendum.
Auertiſti.id eſt.videris auertiſ
ſe pactum ſerui tui per quod pro
miſeras nos ſecum regnare ꝓpha
naſſe etiam videris ſanctua/
rium tuum promiſeras eniꝫ ꝙ nō
dares ſanctum tuū videre corrupti
onem et iam ſepulcro tegitur
Deſtruxiſſe etiā videris om
nes ſepes eius verba legis ⁊ ꝓ
phetarum quibus munieras eū po/
ſuiſti nos: apoſtolos qui cum eo
ambulabamus cum doceret turbas
formidinem ita vt in ſua captio/
ne fugeremus ab eo.
Diruperunt eum omēs tran
ſeuntes viam: factus eſt op/
probrium vicinis ſuis: iudeis
ac principibus ſacerdotum qui dice
bant vah qui deſtruis templum do/
mini ⁊c̄.
Exaltaſti dexteram potentiā
deprimentium eum ⁊ in hac le
tificaſti omnes inimicos eiꝰ.
et membroꝝ eius.
Auertiſſe etiam videris ad/
iutorium gladij ſpiritus eius qꝛ
non profecit ī iudeis ſermo predica
tionis eius: et non es ei auxilia/
tus in ꝯflictu paſſionis.
Deſtruxiſti eum ab emun/
datione quia videtur nihil profu/
iſſe paſſio eius. Unde propter iſta
multi non receperunt fidem eius: et
aliqui a fide recepta ceciderunt qua
tamen purificantur ⁊ emundantur
corda credentium et illos in qui/
bus ipſe Chriſtus ſedere et
quieſcere videbatur colliſiſti
ad terrā in obitu eius.
Minoraſti dies tempis eius.

quia cito de vita abſtuliſti. et per/
fudiſti euꝫ confuſione mortis
Uox eccleſie ſuccedētis apoſtolis
Uſquequo domine auertis
oculos tuos a ſalute Chriſti: nunq̇d
vſqꝫ in finem ⁊ exardeſcet ſi/
cut ignis ira tua: non domine. ſꝫ
potius memorare ꝙ nulla eſt
vite mee ſubſtantia niſi in eum
quem preſtolor reuerti de morte nū
quid vane. id eſt. fruſtra conſti/
tuiſti filios hominum: certe nō
ſed in ſpe reſurrectionis ⁊ ſupne be/
atitudinis collocaſti: quāto ergo ma
gis filiū tuū reſuſcitare debes.
Ideo dico tibi memorare quoniam
aliuſ non eſt qui adiuuare poſſet. nā
Quis eſt homo qui viuit et
non experietur morteꝫ: et eru
et animam ſuaꝫ de poteſtate
inferi: certe nemo niſi ille ſolꝰ qui
habet vite mortiſqꝫ imperiū.
Propterea Ubi ſunt miſeri
cordie tue antique domine pa
tribus olim facte: miſericordie di/
co complende ſicut iuraſti Da/
uid in veritate tua: ſicut ꝙ ſemē
eius in eternum manebit ſi chriſtus
non reſuſcitatur.
Non differas ergo domine reſurre
ctionem Chriſti.
Memor eſto opprobrij illati
ſeruis tuis ab infidelibus multa/
rum gentium exprobrantibus ꝙ in
mortuum hominem et crucifixū cre
derent quod continui patienter.
in mente mea ſine murmuratio/
ne.
Opprobrii Quod exprobra
uerunt tibi inimici tui. ſcilicet.
iudei et pagani. memor eſto ad hoc
ꝙ impunitum non derelinquas.

hoc exprobrauerunt ꝙ imputabant fidelibus tuis commutationem xpi ſcꝫ ꝙ homines ſolū adorabant hominē crucifixū ⁊ hominem qui omnino periſſet

Sed propheta inquit: exprobratio iſta tempalis eſt. ⁊ hominū inſipientium. ſed Dominus ē ī eternuꝫ benedictus. quod omnes ſancti clamant et ꝯfirmant dicentes: amē amen.

Pſalmus LXXXIX. ī quo monet ad contemptum veteris et ad amorē noue vite

Propheta in pſona eccleſie

Domine refugium factus es nobis. ad quem in omni periculo inť anguſtias et preſſuras hꝰ ſeculi fugientes ſecuritaté inuenimus: et hoc a generatione pma iuſtoruꝫ vſqꝫ ad nouiſſimam.

Et licet ex tempe factus ſis nob refugiuꝫ. tamen prius es Antequā montes fierent. id ē. angelice creature aut terra quā videmus formaretur et orbis. id eſt. ipſuꝫ firmamentum cū omnibus que continet ab eterno et in eternū ſemper vere es ⁊ immutabilis.

Domine cum ſis refugium Ne. pauicias hominem in huius mundi concupiſcentiam et ambitionem terrenorum. que apud te dominū abiecta ſunt ⁊ contemptibilia ſꝫ ſubleuet eum tua miſericordia tu enim dixiſti per ora ꝓphetaꝝ conuertimini filij hominum. ad me: et ego ſanabo contritiones veſtras.

Opꝰ eſt dn̄e ad te conuerti cū nō ſit confidendū in longa vita Quoniam omne tempus quantumcunqꝫ longum eternitati tue comparatum nihil eſt vn̄ ſeqť

Et ſicut cuſtodia. id eſt. vigilia in nocte triuꝫ aut quattuor horaruꝫ ſic ſunt anni noſtri q̄ apō deum nulliꝰ momēti reputāť

Luat homo quod meruit. ꝙ Sicut herba mutatus a qualitate quaꝫ hꝫ ī nocte ī deteriorē mane orto ſole ita mutať hō ī deteriꝰ. vn̄ mane id eſt. infantia cito tranſit ad aliā qualitatem. Item ꝙ mane. id eſt. ī iuuentute floreat ꝙ veſpere decidat per mortem ꝙ induretur ī cadauer et areſcat in puluerem.

Propheta aſſignat cauſam huiꝰ defectus dicens:

In hūc defectū paſſibilitatis ⁊ mortalitatis cecidimus Quia ſubijcimur ire tue: vindicte tue quaꝫ nobis infliriſti pro peccato pmoruꝫ parentum in cuiꝰ ſententie executione cum recordamur turbati ſumꝰ mortis timore

Defecimus iuſte quidem quia peccauimus ⁊ tu Poſuiſti iniquitates noſtras vitam noſtraꝫ prauā in conſpectu tuo ad puniendum ſeculum. id eſt. totus decurſus vite noſtre totus patet oculis tuiſ nec te poteſt latere

Bene dico ꝙ poſuiſti iniq̄tates noſtras in conſpectu tuo Quoniam omnes dies noſtri. abbreuiati ſunt et quaſi defecerunt. quia ad paucitateꝫ redacti ſunt propter peccatum. et ita in ira tua vita noſtra abbreuiata eſt plena miſeria ⁊ laboribus defecit

Ecce quomodo defecit. quia

Homines viuentes in annis noſtris reputabuntur inaneſ et inutiles ſicut aranea. quia ſicut illa inane et vile facit opus vt vilem capiat predam .ſ. muſcã et ĩ hoc totam ſe euiſcerat: ſimiliter homĩes inania faciunt ⁊ multos labores cõſumunt ad hoc ꝙ adipiſcãtur iſta tẽporalia: honores: diuitias: que inania ſunt ⁊ caduca cito tranſeuntia: ⁊ in hoc viſcera ſua ꝯſumunt quia aliquando corpus et animã ꝑdunt. et dies hominis ita breues ſunt vt de cõmuni curſu. computãtur in eis ſeptuaginta.

Si autem in bene cõplexionatiſ q̃ vires ⁊ potentias corporis habuerint bonas. octuaginta anni in conuenienti ſtatu cõpleti fuerit ſi amplius vixerint labor et dolor cum ſenectus ſit ipſe morbus et quidam languor. vnde ſeq̃tur

Quoniam ſuperuenit debilitas et nature grauitas que ex miſericordia dei nobiſ euenit: tum vt nõ diu laboremus infirmitatibus ⁊ doloribus. tum vt corripiamur ab inſolentiis nr̃is abſtinẽtes

Quis nouit quis intelligere põt. efficaciam ire tue quã exerceſ in his quibus hic parcis et iram tuam diſtinguere. quia his parcit ad penam. hos punit ad ſalutem: et hoc non poſſumus diſtinguere pre timore horrore enĩ percutimur loquendo de ira tua.

Propheta orans pro liberatiõe ait ad patrem Filium tuum per quẽ liberationem humani generis perficere diſpoſuiſti. ſic notum fac vt eius exemplo et doctrina diſcãt tui magis appetere celeſtia ꝙ terrena. eterna ꝙ caduca: ⁊ ſic fac notoſ apoſtolos tuos eruditos corde et ſapientia celeſti ꝑ quos toti orbi notum faciat filiũ tuũ

O domine qui videris faciẽ tuam auertere a nobiſ Conuertere aliquantulum. oculos miſericordie tue: nos reſpiciendo ⁊ mitigãdo tribulationem noſtrã. et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos preces eoꝝ exaudiẽdo

Propheta oſtendẽs ſe exauditũ quo ad ſtatum futuꝝ ait: Replebimur in eternitate miſericordia tua: exultabimus in laude tua et delectabimur omnibus dieb⁹ noſtris in te ſũma dulcedo in eternum

Quantũ ad ſtatum preſentez dicit: Letati ſumus in dieb⁹ malignis quibus nos humiliaſti quia dediſti nobis potentiã ⁊ leticiã in tribulatione et in annis quibuſ experti ſumus anguſtias et aduerſitates.

Propheta orans vt deus parcat iudeis peccantibus et ſi non pro meritis ſaltẽ ꝓpter opa q̃ in eis fecit ait

Reſpice in ſeruos tuos. tui enim ſunt licet peccatores et ĩ opera tua que feciſti in eis. et dirige filios eorum vt ſi ipſi propter iniquitatem ſuam diſperſi ſunt: ſaltem filii in fine conuerſi ad veniam peruenire mereantur

Et ſit ſplendor gratie domini noſtri ſuper nos mẽtes noſtras illuminanſ et opera manuuz noſtrarum dirige ſuper nos. vt creſcant et dirigantur ad celeſtia et opus manuum noſtrarum ad vnũ finẽ q̃ deus eſt dirige

Pſalmus.xc.in quo monet
exẽplo xpi tẽptationes ſuꝑare
Vox prophete

Qui habitat in
adiutorio altiſſimi to-
tam ſpem ſuã ponẽs i eo
qui altiſſimus eſt. protegetur in
omnib⁹ ab eo vt nec illecebra ma
le blandiẽtis voluptatis capiat̃. nec
timore aduerſitatis frangatur.

Dicet deo vir deuotus recognoſ
cẽs ꝓtectõis beneficiũ. ſuſceptor
mei infirmi ad curandũ es tu: et
refugium meũ fugiẽtis a facie i
imicoꝝ meoꝝ et ſpũ qꝛ de⁹ me⁹ eſt
ſperabo in eum. qꝛ nunꝗ̃ in aliq̃
de me preſumã ſꝫ ſemꝑ ad deũ i om
ni neceſſitate recurrã

Et hoc merito ſperabo Quoniam
ipſe liberauit me iam de frau
dibus et doloſis captionibus
demonuꝫ qui animas hominuꝫ la
queis inſidiaꝝ captare deſiderãt et
liberauit a temptatione que
fit per verba aſpera puta ꝑ ma
lorum inſultationẽ vel per detracti
ones propter quas quãdoqꝫ quiſ di
uertit a via dei

Proteget autẽ te qui ſperas in dño
ſic ꝙ Scapulis ſuis. id eſt. pater
na virtute ſua obumbrabit tibi.
ne temptationis eſtus te exurat: et
tanꝗ̃ gallina ſub alis ſuis prote-
get te ne ab accipitre rapiaris: ſecu
rus ergo ſub pennis eius ſpe-
rabis.

Scuto miſericordie circumda-
bit te veritas eius que nunꝗ̃ de
ficit in ꝓmiſſis ne ab ardentibus di
aboli ſagittis ledaris: et quia circũ-
dabit te non timebis a diabolo
qui in tenebris ſemꝑ eſt. ꝛ de nocte
tãꝗ̃ occult⁹ ꝓdo hoies iuadere ſolet

Nõ timebis inſuper a leui et ma
nifeſta temptatiõe que fit ſcientib⁹.
que dicitur Sagitta volans in
die non timebis a temptatione gra
ui ꝛ occulta que dicit̃ negocium
perambulans in tenebris et a
temptatione graui et apta que dici
tur demonium meridianum.
quia tunc viget eſtus maioris tem-
ptationis.

Ille qui habitat in adiutorio altiſſi-
mi nõ timebit ab aliquo genere tẽ-
ptationis ſed o Chriſte Mille. id ẽ
infiniti qui preſumunt ſe futuros in
latere tuo tecum ſeſſuros ad iudicã-
dum cũ apoſtolis ꝛ aliis viris perfe
ctis cadent a latere tuo. id ẽ. nõ
deputabunt̃ cum illis qui cõſiliarii
et iudices tecum erunt et decẽ mi
lia. id eſt. infiniti qui preſumũt ſe po
nendos a dexteris. id eſt. inter ſalua
tos. cadent a dextris tuis. quia
a ſiniſtris ponẽtur

Mille dicit a latere cadere ꝛ pluref
a dextris quia plures ſunt illi qui ꝑ
ſumunt ſe ſaluandos ꝙ qui ꝑſumũt
ſe cum Chriſto iudicaturos

Ad te autem in mẽbris veris cuꝫ
quibus vnum es nullum taliũ ali
quo modo appropinquabit. qꝛ
et ſi carnem aliqua illaꝝ temptatio
num affligat fidẽ nõ tñ ledet

Et licet impu te ꝑmittente tuos ꝑ
ſequantur. Veruntamen nõ im-
pune quia oculis tue diſcretio-
nis conſiderabis malum qđ vo
luerunt inferre. et retributioneꝫ
debite damnationis vt eis re
tribuas.

Jõ ego tẽptatiões ꝑdictas ñ timeo

Quoniam tu es ſpes mea i te
nō in hoīe cōfido: in te bn̄ debeo ſpe
rare qꝛ altiſſimuz poſuiſti refu
gium tuuz i quo ſolo ſecuritas po
teſt inueniri qꝛ ipe altiſſim⁹. vn̄ ſeqꝛ

Non accedat ad tuos maluz
qꝛ altiſſimū poſuiſti refugiū tuū. et
flagellum non appropinqua-
bit tabernaculo tuo ſcz aie fide-
li in te ſperāti quia altiſſimū poſui-
ſti refugium tuū

Et hoc ideo qꝛ ſperanti in te auxili-
um diuinū ꝓmittiꝛ Angelis inqt
id eſt. nūciis ſuis mandauit de⁹
pater de te o vir iuſte vt cuſtodi-
ant te ī omnib⁹ actionib⁹ tuis

Angeli miniſterio ſuo diri-
gent te in via. ne forte pecces
in Chriſto

Super omnes diabolicas tē-
ptationes his beſtiaruz nomi
nibus deſignatas ambulabis
ſecurus dei ope adiutus ꝛ ſanctorū
angelorū auxilio vallatus et ꝯcul-
cabis leonē et draconez qꝛ om-
nes diaboli temptationes ſubiicien
tur viro iuſto.

Vox dei Quoniaz in me ſpera
uit vir iuſtus ſcz liberabo eum:
ab omnibus anguſtiis protegam
eum quoniaz nouit veram fi-
dem filij mei ꝛ me ipſius patrem
credidit ꝛ intellexit

Clamabit ad me orādo deuote.
et ego exaudiaz euz. adimplēdo
petitionē ſuā cuz ipſo ſuz in tri-
bulatione ſp adiuuās: ꝛ de eadez
tribulatione eripiaz euz ꝙ ampli⁹
nulla tribulatio circūdabit eū: qḋ in
fine cōplendum eſt et glorificabo
eum in celo

Et erectū Longitudine dieruz.
id eſt. eternitate vite replebo euz.
et in ipa eternitate oſtendaz illi
ꝑ aptam viſionē meipſuz in quo
ſalus omniuz ꝯſiſtit

Pſalmus. XCI. in quo mo-
net in hac vita laborare vt
tandez exultem⁹ in eterna
beatitudine.

onum eſt ſcz et ne
ceſſariū laudare deū et
te bonis opibus lauda
re nō ad gloriā hoīs ſz nominis
tui o altiſſime

Laus nr̄a debet ordinari. Ad an-
nunciandū tpe ꝓſperitatis
miſericordiaz tuaz. qꝛ quicqd ꝓ-
ſperi habemus ꝓuenit ex miſericor-
dia ꝛ gr̄a dei. et iuſticiaz tpe ad-
uerſitatis qꝛ quicqd aſpex et ad-
uerſum nobis ꝯtingit iuſto dei iudi-
cio ꝯtingi ꝓpter peccata noſtra cre-
dere debemus.

Sequētib⁹ inſtrumētis hanc diui
nā laudē ꝑficere debem⁹. In deca
cordo pſalterio: vt cū aſſiduitate
diuine laudis ipleam⁹ decalogū leg̃
ꝛ adiūgam⁹ opa pietatis q̄ deſignā
tur ꝑ citharaz ꝛ h̄ nō cū triſticia ſꝫ
cuz cantico. i. hilari cord ꝛ ſereno

Bonū dico eſt te laudare Quia.
o dn̄e delectaſti me i eo qḋ in me
factura tua tu facis: tu eni feciſti
ſi bn̄ ago: quicqd boni in me eſt a te
ſolo eſt et in opibus manuuz tu-
aruz exultabo. i. ſi qd boni ago d
te a quo eſt exultabo non in mea fe
licitate.

Quaz magnificata ſunt opa
tua dn̄e in ſubſtātia in virtutibus
et in aliis qualitatibus ꝛ intm̄ vt ex
plicari non poſſet nimis ꝓfunde.

inſcrutabiles ⁊ incõprehẽſibiles ſũt diſpenſationes ſapientie tue q̇bus talia feciſti et facta gubernas

Uir tamẽ inſipiens cui nõ ſapit beneficiũ creationiſ non ꝯgnoſcit diuina beneficia tua meditãdo et ſtultus non intelligit in operibus dei creatorem

Nõ te delectet ꝓſperitas tempalis maloꝝ.qm̃. Cum peccatoreſ exorti fuerint in magnas diuitias ⁊ honores ⁊ extiterint florẽtes ⁊ uirentes ſicut fenum et apparuerint qui operantur iniquitatẽ ad tempus florẽtes tempali ꝓſperitate:qm̃ ad hoc florẽt ad tp̄s vt intereant in eternũ.vñ ſeq̇tur

Et intereant in ſeculum ſeculi.ꝓpter ſuas iniq̇tateſ quibus erit defectus ſine defectu:interitꝰ ſine interitu:mors ſine morte. interibunt quippe tu autem altiſſimus in eternum dñe

Uere interibũt. Quoniã ecce inimici tui ſcʒ iudei pagani ꝑſecutores populi xp̄iani:heretici blaſphematores pſeudo xp̄iani plꝰ ſeculũ q̄ꝫ deũ diligẽteſ hi oẽs peribunt ĩ die iudicii et ſeꝑabuntur a grege et ſocietate bonoꝝ omnes qui operantur iniquitatem

Uox eccleſie

Illi ꝑibũt Et exaltabitur fortitudo vnitatis q̃ tũc erit ſublimis ſicut vnicorniſ.i.ſicut monarcha qꝛ imperiũ meũ obtinebit generaliť ꝑ vniuerſum mundũ et ſenectus mea.id ẽ. vltima etas mea erit in vbertate miſericordie dei

Et ideo. Deſpexit oculus meꝰ inimicos meos cognoſcẽs ⁊ vitam illoꝝ eſſe iutilẽ ⁊ potẽtiã breuẽ et inſurgentibus in me malignantibus ꝑſecutoribus et in me graſſantibus audiet auris mea. in futuro iudicio dici diſcedite a me maledicti in ignẽ eternum

Juſtus nõ vt fenum :ſed vt palma florebit compatur iuſtus palme ꝓpter altitudinẽ ⁊ pulcritudinẽ. ⁊ fructus ſuauitatẽ et ſicut cedrꝰ multiplicabitur.cedrus immarceſſibilis eſt altior aliis arboribus p̄ſertim in libano.ita iuſtus erit imputribilis ſtola immortalitatis cãdidꝰ

Fideles autẽ qui nunc Plantati ſunt per fideʒ in eccleſia que eſt domus domini finaliter. in atriis domus domini .id eſt. in celeſtibuſ manſionibus floridi choruſcabunt.

Adhuc fideles et ſi modo nõ ſint plures.tamen multiplicabuntur in nouiſſimis vbi eccleſia cum plenitudo gentiũ intrauerit erit vberrima et bene patientes erũt patienter mala huius peregrinationiſ ſuſtinentes et hoc vt annuncient id eſt digni ſint annũciare aliis qđ ſequitur.

Quoniaʒ rectus et iuſtꝰ dñs noſter qui ſuis promiſſa complet. et non eſt iniquitas in eo. vt hic permittat pati pro ſe quos ibi ñ coronet.

Pſalmꝰ. XCII in quo monet ad laudem Chriſti

Dominus Jeſus xp̄c verus hõ deus regnauit qꝛ in ſua reſurrectione poteſtatẽ ſuꝑ ꝑ omnẽ creaturã accepit decorẽ indutꝰ eſt cũ corpꝰ imortale ⁊ gl'oſum ĩ ſua reſurrectõe aſſũpſit

indutus eſt dominus fortitu-
dinem qñ diabolũ oppreſſit ⁊ cap-
tiuos de inferno potẽter eduxit . et
precinxit ſe ꝟtute qñ angeloꝝ
multitudine circũdatꝰ remeauit ad
patrem.
Etenim firmauit in fide popu
lum fidelez in toto orbe terra-
rum qui non ꝯmouebitur a ſo-
liditate fidei ad errores . licet cõcuti
atur inſtabilis tñ ⁊ mobil' adhuc eſſꝫ
niſi ſua fuiſſet reſurrectiõe firmatꝰ.
Parata eſt ſedes tua pote-
ſtas iudiciaria extunc ſcꝫ a paſſio-
ne tua qua meruiſti illã tu tamen
ab eterno es
Apoſtoli quaſi Flumina repleti
ſpirituſancto . eleuauerunt forti-
ter ſine timore ⁊ alte vocez predi-
cationis ſue ꝑ totũ orbẽ terrarũ
ariditatẽ gentiũ ſua doctrina irrigã
tes Predicta Flumina . i . apl'i
cum a iudeis ꝓhiberent̃ loqui et do
cere in nomine ieſu eleuauerunt
fluctus ſuos ꝑ̃dicationes impetu
oſas ⁊ reſpõſiones cõtra aduerſari
os fidei a vocibus populorum
multorum cõmouentiũ ꝑſecutiões
contra predicatores.
Apoſtolis aũt eleuãtibus vocem ꝑ̃
dicationis ſue. Mirabiles conci
tate ſunt ꝑſecutiones maris.
⁊ infideliũ populorũ cõtra ꝑ̃dicato-
res euangelii ſed mirabilis in al-
tis dominus ſuꝑ capita poteſta-
tum regũ terrenoꝝ: quos ſibi ſubiu
gat . et fremitꝰ eoꝝ cõpeſcit . quorũ
multi poſtea crediderũt et ſubiuga-
ti ſunt xp̃o ⁊ pax data eſt eccleſie : ñ
terreãtur ergo qꝛ mirabiles elatio-
nes maris quia mirabilis in
altis dominus.

Et bene mirabilis es domine . qm̃
Teſtimonia veritatis ꝑ̃dicate ꝑ
apl'os et diſcipulos tuos certiſſima
facta ꝑ opa miraculoſa ſoli tue diui-
ne virtuti poſſibilia credibilia fa-
cta ſunt nimis . i . valde . his enim
nihil verius eſſe poteſt cũ tu ſis ſan
ctus ſanctoꝝ q̇ eccleſiam inhabitas
domum tuaꝫ decet ſanctitudo
in eternum qꝛ ⁊ ſi aliq̇ cadãt: do-
mus tñ ſancta toto tꝑe ꝑſeuerat . vn
de in ſanctitate fidei ꝑmanebit vſqꝫ
in finem ſeculi

Pſalmus . XCIII . in quo
monet ad patientiam.

Propheta in ꝑſona eccleſie

Eus qui putabatur ab
aliquibꝰ nõ iudicaturꝰ ma
los eſt deꝰ vltionũ vlti
onem capiet de malis: ⁊ vt amplius
cõfirmet repetit deus vltionum
deꝰ libere egit qꝛ nullo impedien
te iudicabit: nõ eni eſt ſubditꝰ alicui
legi aut regi ſed libere aget quicq̇d
voluerit.
Et tu qui es deꝰ vltionũ q̇ humilez
te oſtendiſti Exaltare reſurgendo
⁊ aſcendendo ⁊ veniẽs ad iudicium
oſtẽde potentiã tuã qui poteſtatẽ
habes iudicandi vniuerſos
de tota terra: et redde retribu
tionem ſuꝑbis q̇ in peccatis ob-
ſtinati penitere noluerunt
Et querẽs qñ fiet hoc inq̇t Uſque
quo peccatores domine glori-
abuntur: de malicia ſua: non ſuffi-
cit eis peccare ſꝫ etiã in malis ſuis
⁊ nece ſanctoꝝ gloriant̃
Uere ſunt peccatores qꝛ Effabun
tur omnes prauas cogitatiões eo-
rũ ĩ manifeſto et iactant̃ loquẽtur

iniquitatem cōtra deum dicētes:
deus nō curat hec vel placēt ei que
facimus ⁊ loquentur talia nō pau
ci ſed omnes qui operantur in
iuſticiam.

Operanť aūt hanc iniuſticiā Po
pulum tuum fideles tibi ſeruos.
humiliauerunt diuerſis cōtume-
liis:cōculcauerūt diuerſis tormēto-
rum generibꝰ et eundē populū he-
reditatem tuam vexauerunt.

Viduam et aduenaz inter
fecerunt: et pupillos occide-
runt ſicut patuit in ꝑſecutionibus
martyꝝ.nulli ſexui.nulli etati. nulli
ꝑſone parcentes

Et dixerunt corde tenēdo. et ore
ꝓferendo non videbit nō attēdet
dominꝰ: et attendere non cu-
rabit deus iacob.i.fideliū.credē
tes ꝓuidentiā domini nō ſe extende
re ad iſta inferiora.

Propheta redarguēs hūc errorem
ait: Intelligite vos inſipiētes
de populo vos errare:⁊ credite di
uinam ꝓuidentiā ad oīa ſe extēdere
et vos ſtulti aliqn̄ ſapite deuz
hec oīa diſponere.

Propheta ad excludendū ꝓdictū er
rorem inducit rōes ſic:o ſtulti vide-
te q̄ꝛ ſtulte cogitatis:dicite

Qui plantauit auditum in au-
dientibus nonne audiet audiet
vtiqꝫ:aut qui creauit oculuz in
videntibus nonne videbit:vi
debit vtiqꝫ.nulli tantum dedit q̄n-
tum in ſe habet.

Item ille Qui corripit gentes.
de malis ſuis: hic multis flagellis.
nonne arguet impios de pecca-
tis:faciet vtiqꝫ ⁊ qui docet homi
nem ſcientiam erit ipſe ſine ſciē-
tia:et ipſe neſciet q̇ te ſcire fecit:ab-
ſit:Quoniam

Dominus ſcit cogitationes
hominum intus latentes etiaz mi
nutiſſimas ⁊ ſcit quoniam vane
ſunt ⁊ incerte ⁊ inſtabiles

Et ideo Beatus homo quez tu
erudieris mentē eiꝰ illuſtrādo. et
de lege tua docueris eum dan-
do ei intellectū in ſcripturis ſanctis
⁊ voluntatem.

Beatus eſt quē tu docueris. Vt
mala preſentis vite leuius et
patienter ferat is eni vere beatꝰ
eſt cui hilaritas et trāquillitas men
tis datur vt mitigetur ei a die-
bus malis.i.vt mala que inferun-
tur patienter ſuſtineat donec pec
catores in ſepulcris ponātur
⁊ aīe eoꝝ trāſferanť in infernū.

Vere beatꝰ qui ex lege didicerit pa
tientē eſſe Quia dn̄s non repel
lit plebem ſuam vt abiectā.exer
cet plebem ſuā nō repellit. qꝛ domi-
nus corripit ⁊ flagellat omnē filium
quē recipit et hereditatez ſuam
non derelinquit qui ſemꝑ ei pro
ſua neceſſitate ī tribulatiōibꝰ aſſiſtit

Non derelinquit dico: Quouſqꝫ
iuſticia conuertatur.i.ponatur.
in executione in iudicio futuro. ī
quo reducenť ad debitū ordinem iu
ſticie:ſed qui ſunt illi qui poterūt ter
rorem diuine iuſticie ſecure expecta
re:reſpondet:omēs qui recti ſunt
corde qui diuine voluntati q̄ ſūma
iuſticia eſt volūtatē ſuā cōformāt

Propheta in ꝑſona viri iuſti quē
vndiqꝫ mala circūſtant cōquerētis
aduerſus reprobos ⁊ expetentis ad
eorum damnationem diuinum auxi
lium ait:

Quis conſurget mihi in auxi
lium aduerſus malignantes.
vt eos vincã aut ſi vincere nõ poſſez
quis ſtabit pſeuerãter mecum:
tanq̃ pugil fortis aduerſus ope/
rantes iniquitatem:vt non vin
car ab iniq̃tate eoꝝ quaſi dicerẽ nul
lus niſi tu deus.
Uñ cernẽs huiuſmodi malos pſpe/
rari ad tantã indignationẽ lapſus
ſum Ut meritus eſſem penis
gehennalib⁹ tradi niſi diuini/
tatis fuiſſem miſericordi ma/
nu adiutus.
Si petis cur aut quõ adiutus ſum.
reſpõdeo:qꝛ Si dicebam deo per
cõfeſſionẽ accuſando me de peccatiſ
motus eſt pes meus.i.affectio
a via recta ad aliqđ illicitũ:ibi etiã.
miſericordia dñi adiuuabat
me retrahẽdo me a pctõ ⁊ me in bo
no ope cõfirmãdo. O potentiſſima
diuinitatis clemẽtia q̃ ante dat pro/
mereri veniã q̃ꝫ expiri penã
Bene miſericordia tua adiuuit me.
quoniã Secundum multitudi/
nem dolorum meorum in cor/
de meo quos patior tã ꝓ peccatis
q̃ꝫ de pſſuris ⁊ temptationib⁹ huiuſ
ſeculi conſolationes tue letifi/
cauerunt animam meam.
Numquid iniquus homo ſede
bit tecum certe nõ qꝛ nulla eſt con
uentio lucis ad tenebras qui preci
pis laborare in bonis opibus
illos q̃ debẽt tibi adherere
Impii aũt licet nõ adhereant tibi p
mittis tñ eos pungere bonos vt tri
bulẽt.vt cũcti boni cogant acclama
re.vnde impii Captabunt.i.inſi/
dioſe tractabunt quõ ſeducant ani
mam iuſti ⁊ ſi nõ poſſunt decipere
ſanguinem licet innocentem
condemnabunt.
Sed cõtra hec oĩa Factus eſt mi
hi refugium ne cedã tribulatõib⁹
et ipſe deus meus factus eſt in
adiutorium ſpei mee.id ẽ iuuat
ad bene operandũ vt qđ obtineo ſpe
adipiſcar in re.
Propheta cõcludẽs in materia đ ꝓ
uidentia oſtẽdit q deus nõ negligit
mala ſꝫ oportune punit dicens:Et
retribuet illis meritũ iniqui/
tatum ſuarum pro merito ſingu/
lorum puniẽdo eos q̃ aduerſus deũ
extollũtur ⁊ ſanctos iniuſte affligũt
et pro malicia eorum diſpdet
eos dominus deus noſter qꝛ a
grege electoꝝ ſepabit eos in die iu/
dicii.in qua ſeparatione ineffabilis
erit miſeria.

## Pſalmus.xciiii. in quo monet deuz hilariter et deuo/te laudare.

Uox eccleſie

Enite non paſſibus
corpis ſed mẽtis p fidem ⁊
deuotionẽ exultemuſ do
mino in exultatione ſeruiamus illi
iubilemus cantemuſ laudes dño
ieſu chriſto qui ſua morte cõtulit
nobis ſalutem.
Et preueniam⁹ faciẽ eius:qui
ventur⁹ eſt iudex ne imꝑparati inue
niamur.et h̃ ꝯfitẽdo peccata no
ſtra anq̃ꝫ ad iudiciũ veniat vt nõ in
ueniat q̃s damnet ſꝫ q̃s remuneret.
et iocunditatem quã ꝯcipim⁹
bonis operibus indicemus.
Merito iubilãdũ eſt ei Quoniã
dñs creator omniũ ẽ magn⁹ dñs
qꝛ oĩb⁹ dñatur et rex magn⁹ ſup

omnes principes et dignita-
tes et poteſtates celi et terre
Itē merito iubilandū eſt Quia
in poteſtate eius ſunt omnes
homines qui ꝯcluduntur fini
bus terre: et altitudines pote
ſtatum et dignitatum hui⁹ ſe-
culi in ei⁹ poteſtate ſunt: nullus
enī poteſt eleuari in h̔ ſeculo niſi eo
oꝑante vel ꝑmittēte..
Quoniam ipſius eſt mare et
ipſe fecit illud: et terram ma-
nus ei⁹ formauerunt nihil enim
eſt in eis qđ ipſe nō fecerit
Venite adoremus adoratiōe la
trie et procidamus ante deum
humiliemus nos in ꝯſciētiis noſtris
noſipſos cinerē ⁊ puluerē reputātes
et ploremus ꝓ peccatis nr̄is an-
te ipſum lacrima enī extinguit flā-
mam peccati q̄ ardet in cōſciētia. et
hoc debem⁹ quoniam ipſe fecit
nos ⁊ ideo etiā quia ipſe eſt do-
minus deus noſter
Ideo etiā debem⁹. qꝛ Nos ſum⁹
populus paſcue eius cui ſpecia
liter modo ꝓuidet ⁊ nos reficit ſpū
alibus bonis ⁊ corꝑe ⁊ ſanguie ſuo
et ſumus oues nō tantū ſangui-
nis ſui ꝑcio redempte ſed poteſta
tis ſue manu facte
Vox Chriſti ad iudeos. qꝛ eſtis po-
pulus ⁊ oues mee Si audieritis
vocem in lege noua q̇ prius locut⁹
ſum patrib⁹ in ꝓphetis hodie. id ē.
tꝑe grē qm̄ egoipſe loquor. nolite
obdurare corda veſtra
Nolite obdurare dico Sicut pa-
tres veſtri fecerunt in irrita-
tione facta in die qua tempta
uerunt me patres veſtri dubi
tantes de potētia et probauerunt
me quid poſſem et viderunt oꝑa
mea que tot ⁊ tā mirabilia fuerunt
ꝙ nullo modo dubitare debebāt de
poteſtate mea:
Et qꝛ ſic tēptauerūt Quadragin
ta annis offenſus. id eſt. iratus
fui generationi huic ꝓpter icre-
dulitatē ipſoꝝ et dixi arguēdo eos
ꝑ Moyſen ⁊ alios electos meos hi
homines ſemꝑ errant corde.
ex certa ſciētia ⁊ volūtate. qꝛ me im
potentē crediderūt.
Et licet ita dixiſſem eis Iſti tamē
non cognouerunt ꝓcepta mea
ſi. i. nō intrabunt iſti tales duri ⁊
increduli in requiem meam eter
nam vt immobiliter ⁊ irreuocabili-
ter iuraui eis; bene autem alii boni
intrabunt.

Pſalmus. xcv. in quo mo
net ad laudem dei edificatio-
ne domus ſpiritualis.

Vox prophete

antate domi
no filio dei qui eſt rex re-
gum ⁊ dn̄s dominantium
nouum canticum qꝛ nou⁹ hō nat⁹
eſt in mūdo dicētes cū angelis: gl'ia
in excelſis deo. et cantate dn̄o nō
ſolū iudei ſꝫ oēs habitantes ter
ram qꝛ aduēt⁹ xp̄i oib⁹ fuit i ſalutē
Cantate dn̄o et benedicite
nomini ei⁹ qđ eſt ieſus grās agē
do de tāto bn̄ficio annunciate o
vos apl'i ⁊ ꝓlati continue ipſum
filium dei per quem genus hu
manum ſaluatur.
Annūciate ꝓdicate inter gētes
ipſum chriſtum glorioſum qꝛ fi
lius dei eſt in omnibus populis
mirabilia ei⁹ videlicꝫ natiuitatem

de virgine q mortuos ſuſcitauit.et ſimilia.
Bene dixi cãtate Quoniam ipſe xps magnus in potẽtia dñs omniũ et laudabilis in bonitate.et hoc nimis qz nullus põt explicare q̃nta ſit eius bonitas miſericordia et potentia. terribilis demonibus qui p diis colebantur a gẽtibus.vñ ſequit Quoniã omnes dii gentium demonia ſunt.iſte aũt dñs cui cãtandũ eſt celos fecit et materiales et ſpũales.ſ.angelos et ſcõs viros

Propheta de vtilitate cãtantiũ eo ſubdẽs dicit:inde ẽ Confeſſio peccatoꝝ et pulcritudo multaruz virtutũ vñ cõfitẽdo fit hõ pulcer:ſi ergo amas pulcritudinẽ cõfitere vt ſic ſis pulcer.i.iuſtus i cõſpectu eius inde etiã eſt ſanctimonia aĩe magnificentia opeꝝ.q̃ tñ nõ niſi in ſanctificatione eius.i.ipſo ſanctificante et donãte fiũt
O patrie o familie gentium iaz ad xpm cõuerſaꝝ afferte dño pro tanto bñficio gloriaz et honorez in ſecreto et in publico et ita cõuerſemini vt in vobis glorificetur nomen eius.
Tollite hoſtias voſmetipſos corde cõtritos et hũiles et introite in atria eccleſie militãtis et ſic nõ intrabitis vacui adorate dñz in eccleſia ſancta catholica:que eſt vniuerſale atrium eius
Omnes habitantes terram. id eſt.amatores ſeculi cõmoueantur coram chriſto motu timoris ac reuerentie cuius cauſa ſubditur:et vos iã cõuerſi dicite et pdicate in gentibus qz dominus ieſus chriſtus regnauit.i.regnũ ſuper omnẽ creaturã accepit in ſua reſurrectione et aſcẽſione
Hoc patet qm̃ ipſe Correxit orbem terre ab errore idolatrie.q̃ a tpe pdicatiõis xpi et aplo꞉ cepit ceſſare qui non cõmouebitur ex toto a veritate fidei xpiane q̃ntũcũqz tribulatiõibus impellat.nõ aũt tm̃ pdicate q dñs regnauit ſz etiã q iudicabit populos in equitate ſine acceptione pſonaꝝ reddens vnicuiqz pro merito.
Pro hac eq̃tate iudicii in quo remunerabunt boni Letẽtur celi.id eſt ſancti ſupiores et exultent humiliores ſancti:moueatur ſeculum ad gaudium a minimo vſqz ad maximũ gaudebunt humiles et mites et omnes virtutes eorum in ſpe future felicitatis.
Tunc.ſ.poſt cõuerſionem exultabunt omnes gentes conuerſe ad chriſtum q̃ prius erant ligna ſiluarum inculta et infructuoſa.a facie domini qz venit in primo aduẽtu ad redimẽdũ et qz venit: in ſecũdo aduẽtu ad iudicandum omnes habitãtes terram
Qui iudicabit orbem terre in equitate ſingulis reddẽs p meritis et populos in veritate ſua.i. ſm q vnuſquiſqz eoꝝ veritatez ſibi cõmiſſam diſpẽſauit.

Pſalmus.XCVI.in quo monet ad exultationẽ Quia

Dominus Jeſus chriſtus regnauit regnuz et dominiũ i ſua reſurrectione accipiẽs ſup omĩa creata exultent habitantes in terra qz per reſurrectionẽ et aſcẽſionẽ pbuit aliis

ingreſſum ad gloriā letentur etiā eadē cā inſule multe in q̄bus propagata eſt fides xp̄iana
Propheta deſcribēs q̄liter ſit vēturus ad iudiciū dicit:qn̄ ventur⁹ ē ad iudiciū filius dei veniet in Nube. cuȝ poteſtate magna ⁊ maieſtate q̄ ꝓpter ei⁹ incōprehenſibilitatē dicit̄ caligo ⁊ correctio orbis ꝓcedens ex ſede.id ē.poteſtate iudiciaria ei⁹ erit iuſta ⁊ recta ⁊ irreuocabil'
Ignis ꝯflagrationis añ ipſuȝ precedet q̄ data ſentētia iudicij inuolnet reprobos ⁊ ſic detrudent̄ in infernum.
Erūt añ iudiciū Fulgura terribilia per totum orbem:que vidētes homines habitantes ī terra ꝯmouebūtur ꝯmotiōe timoriſ
Tūc etiā erūt terremot⁹ maximi vt Montes ruant ſicut cera a facie ignis et omnis terra alteretur et hoc poteſtate diuīa
Per ſigna manifeſta et miracula apparentia in celo manifeſtabitur q̄ ꝓpinqu⁹ ſit aduentus iudicis: et vident oēs populi gloriam eius q̄ viſio erit terribilis reprobis ⁊ delectabil' electis.vnde ſequitur.
Confundentur omnes idolatre q̄ creaturis exhibēt cultum ſoli deo debitū . et qui gloriantur in ſimulacris ſuis q̄ oīa vana ſunt nec adorāda ſȝ ſolus de⁹ quē angeli adorāt.vnde ſequitur:
Adorate eum.ſ.xp̄m omēs angeli ei⁹ adoratiōe latrie q̄ꝛ eſt ver⁹ deus audiuit eccleſia p̄ p̄dicationem xp̄i ⁊ apl'oꝝ q̄ futuꝝ eſt iudiciū letata eſt q̄ꝛ materia exultationis eſt pro electis.

Et exultabūt anime fideles et electe ꝓpter hoc q̄ iudicia tua dn̄e iuſta ⁊ recta ſunt ⁊ ſancta q̄ꝛ nō es pſonaꝝ acceptor ⁊ oēs recti pis q̄ ad te veniūt
Merito tibi tūc cūcta ſubiicientur
Quoniam tu dominus altiſſimus quo alti⁹ cogitari nō pōt valde exaltat⁹ ſup angelos et homines ſanctos q̄ a te gratia tua deificantur
Hinc Qui diligitis dominum odite malum culpe q̄d opponitur dilectioni diuīe nolite dubitare q̄m poſſitis vitare maluȝ culpe .q̄m cuſtodit domin⁹ animas ſanctorum ſuoruȝ q̄ in tribulationib⁹ et temptationib⁹ toto corde ad ei⁹ auxilium ꝯfugerint de poteſtate demonis liberabit eos.
Nolite timere p̄dere hoc auxilium. q̄m Lux diuine gr̄e orta eſt p̄ſto ē iuſto et rectis corde leticia . q̄ꝛ hactenus pctōꝝ tenebris obcecati: nunc autē recti corde effecti domio famulantur.
Ergo vos Juſti letamini in domino leticia deuotionis laudate eum gratias agentes q̄ꝛ cum eſſetis peccatores memor fuit vt vos ſanctificaret.
Pſalm⁹.xcvii in quo monet ad gaudiuȝ et exultationē.
Vox prophete

antate domino Jeſu xp̄o canticū nouum noua res nouum habeat canticū q̄ fili⁹ dei fact⁹ eſt hō in cui⁹ ortu nouū canticū cātauerūt angeli q̄ꝛ nūq̄ mūdus tale audiuit. q̄ꝛ mirabilia fecit naſcēdo de vir

gine: cecos illuminādo: mortuos ſu-
ſcitādo et ſimilia:
Inter q̄ mirabilia h̄ fecit inſigne qꝛ
ipſe q̄ Brachiuz et dextera eſt
patris ſalutez fecit in genere
humano ad gl'iam p̄ris et ſui.
Quē deꝰ pater Notum fecit toti
orbi filium ſuū quādo eum incarna
ri miſit ꝓ ſalute omniū ⁊ nō tantū i
iudea ſz in ꝯſpectu omniuz gē-
tium notum fecit ꝑ p̄dicationez
apl'oꝝ ⁊ diſcipuloꝝ ipſuz chriſtuz
iuſtificantē et ſanctificantem
nos Uere in hoc Recordatꝰ
eſt deꝰ pater miſericordie ſue
quā ꝓmiſit ſe factuꝝ patribꝰ ꝑ pro-
phetas et veritatis ſue quā im-
plebit populo qui videt hic de-
um per fidem.
Uiderunt oēs homines a ter-
mino terre vſqz ad terminuz
oculis fidei dn̄m Jeſuz chriſtuz
ꝑ quem eſt ſalus omnium
Et qꝛ recordatꝰ eſt miſericordie ſue
⁊ alia nobis ſalutaria fecit Jubila
te deo in gr̄aꝝ actiōe oēs de om-
nibus terre ꝑtibus. qꝛ omnibus
natꝰ eſt chriſtꝰ cantate in cordibuſ
v̄ris interiꝰ et exultate exteriuſ in
aliq̄bus ſignis deuotiōis pſallite
bonis operibus.
Pſallite dn̄o ī mortificatione
carnis in dulcedine charitatiſ
in obſeruātia preceptoruz di-
uine legiſ et in oꝑe v̄tutis que
deſignant̄ ꝑ inſtrumēta hec muſica
lia Jubilate in conſpectu
regis dn̄i modis iā dictis qꝛ atten
tus eſt ad laudationem n̄ram . aureſ
eius delectant̄ cū deuote ei pſallit̄.
moueantur peccatores pecca-
ti amaritudine amari ad fidē ⁊ peni
tentiā orbis terraruz et qui ha
bitant in eo. ad idem
Sancti viri pleni aquis grati
arum in vnitate fidei et chari
tatiſ ꝯgregati cuz exultatione
bene operabuntur ⁊ ſancti viri
maiores virtutibꝰ eminētes ⁊ bene
ſtabiles q̄ ideo dicunt̄ montes ex
ultabunt a ꝯſpectu dn̄i qꝛ ꝯſpi
cient deū remuneratorē ſuū: exulta
bunt dico quoniam venit iudi-
care terram boni eni gaudebunt
iudice veniēte. mali vero ꝯtremiſcēt
Judicabit orbē terrarum in
iuſticia iuſtos remunerādo et ma-
los condemnādo . et populos in
equitate ſingulis dando equa me
ritis.

Pſalmuſ. xcviii. in quo
monet ad laudem et honorem
Chriſti

Dominus Jeſus
chriſtꝰ ⁊ ſi priꝰ humilis in
ter hoīes apparuit. nūc au
tem poſt reſurrectionē ⁊ aſcēſionem
dominiū ⁊ regnuz ſuper omnē
creaturaz obtinuit ⁊ quaſi deri-
dens inimicos ꝓpheta xp̄i dicit: po-
puli nō credētes de iudeis vel de gē
tibus iraſcantur nunc quantūcū-
qz velint quia nō poſſunt nocere ei.
qui ſedet ſuper omnes ange-
licas poteſtates: moueantur
etiaz terreni homines q̄ntūcū
qz velint q̄ q̄ſi ſtultiſſimi moti ſūt cō
tra eū qui regnat ſuꝑ omēs ordines
angelorum.
Dn̄s autē regnauit q̄ ſcz in iu-
dea natus eſt magnus et excel-
ſus eſt ſuper oēs populos
Et q̄m̄ tu es talis Confiteātur

confeſſione laudis nomē tuū magnum dilatatū in omni terra quoniam venerabile eſt vel terribile potētia q̄ punit et ſanctuz. bonitate q̄ pcit vl' ſanctū.i.alios ſanctificās et honor regis iudiciuz diligit.i.diſcretionē:vult enī diſcrete laudari.nō leui volūtate colēdus ē:ſz fixa deliberatiōe ⁊ totis virib⁹

Tu paraſti hominib⁹ vias rectas p̄cepta tua q̄b⁹ ad te dirigētur: nā docuiſti in populo fideli p iacob deſignato iudiciū quo diſcernerēt inter bonū ⁊ malū et iuſticiam vt bonum ꝯgnitū faciāt ⁊ malum deuitent.

Quia vero talia facit in nobis:o vos fideles Exaltate dn̄m deuz adoratiōe latrie q2 de⁹ nr̄ eſt et adorate humanitatē incarnati filii ei⁹: in q̄ maieſtas diuinitatis tanq̄ ſup ſcabellū ſtetit quoniam ſanctū ē omni ſanctitate plenū:omni ſanctitate dignū.in q̄ oīs plenitudo diuinitatis corpaliter.i.veraciter inhabitat. Merito adorate dominū qm̄ Moiſes et Aaron cōputati in ſacerdotib⁹:Samuel inter pphetas ⁊ aliī antiq̄ p2es inuocabant nomē ei⁹ ⁊ pphetarūt ⁊ adorauerunt.vnde ſequitur.

Inuocabant dn̄m hūiliter et deuote et ipſe exaudiebat eos:in columna nubiſ loquebatur ad eos ſicut de Moiſe ⁊ Aaron ē manifeſtū in pluribus locis.

Ideo exaudiebat eos Quia cuſtodiebant teſtimonia ei⁹ q̄ntū ad iudicialia ⁊ cerimonialia q̄ dicūt̄ teſtimonia quedā dei et preceptū.i. p̄cepta moralia que dedit eis per Moyſen:q̄ licet ſint plura.ſunt tn̄ i radice charitatis vnum.

Dn̄e deus virtutuz tu exaudiebas eos in neceſſitatib⁹ eoꝝ ⁊ i iuſtis petitionib⁹ tu ꝓpicius fuiſti eis cōdonādo eis pctā et vlciſcēſ etiam aliq̄n peccata ex eorum arbitrio inuenta.

Exemplo g̊ moyſi ⁊ aaron ⁊ aliorū antiquoꝝ ſanctoꝝ patꝝ q̇ dn̄o ſeruierunt Uos exaltate dominum deū noſtrū laudibus extollēdo et adorate in eccleſia ſancto loco eius extra quē nō eſt loc⁹ orōis quoniam ſanctus eſt domin⁹ deus noſter.

## Pſalm⁹.xcix.in quo monet deum alacriter laudare et peccata noſtra hūiliter plangere.

Ubilate deo id eſt.ineffabili q̄dā leticiā laudate omēs inhabitantes terram:et ſeruite domino et hoc nō coacti vel cū aliq̄ triſticia. ſed cū leticia cordis.nō enī placēt deo ſeruitia coacta.vn̄ ſequitur

Introite.i.facite opera digna in ꝯſpectu dei in exultatione

Hoc ideo qm̄ Scitote quoniam domin⁹ ipſe ē deus ipſe fecit noſ non ipi noſ omē enī bonū noſtꝝ ex ipſo ē: non ex nobis.

Nos autē popul⁹ ei⁹ ſum⁹ ⁊ ipſe rex et oues paſcue ei⁹ quas ipſe paſtor reficit ſp̄ualib⁹ bonis ⁊ etiaz cibo corpis ⁊ ſanguinis ſui ⁊ diuio paſtu ſcripture.

Introite ꝯfidēter portas miſericordie eius ſz a ꝯfeſſiōe incipite ad miſericordiā intrare.⁊ cū intraueritis in atria ei⁹.i.in amplitudinem

celeſtis beatitudinis laudate euz
ꝙ talē gloriā vobis p̄parauit.
Laudate dico nomē eius ⁊ noli
te deficere quoniam dulcis ē do
minus quē laudatis ⁊ cito placabi
lis p̄cibus veſtris in eternum mi
ſericordia eiꝰ eſt duratura.ꝑatuſ
eni ſꝑ eſt indulgere peccatoribꝰ ve-
ritas promiſſionū eius ſemꝑ
complebitur.

Pſalmꝰ.C.in quo monet bo
na appetere et mala renuere.

Mſericordiaz
quā modo ꝑatus es facere
penitētibus cantabo tibi
dn̄e.i.laudabo te de hoc vt nullus
deſperet de ſua ſalute et iudicium
cantabo tibi ꝑiter: qđ facturꝰ es in
malo ꝑſiſtentibꝰ vt nullꝰ de miſeri-
cordia dei p̄ſumat ad impunitatē
Et ꝑpter hoc Pſallam.i.in hila
ritate bn̄ opabor et intelligaz qn̄
venieſ ad me vt in me habiteſ vl'
vt de pn̄ti ſeculo nequā me ſuſcipiaſ
ad tuā gloriā:in hoc ſcꝫ qn̄ imma/
culate ꝑ bona opa incedo.
Via autē immaculata eſt Peram
bulabam in innocētia in oibus
opibus meis. in innocētia cordis
mei nō tantū abſtinui manꝰ meas
ne nocerē ꝓximo:ſed etiā volūtatē.
talis innocētia totiꝰ hois ꝑfectio eſt
vnde nihil ſic placet deo ſicut ſimpli
citas ⁊ innocētia in medio domꝰ
mee.i.cordis mei in q̄ q̄ete habito:
Propheta exponēs ꝑtes innocē
tie quaꝝ p̄ma eſt nihil ꝯmune habe
re cū malis ait: Non ꝓponebaz
ante oculoſ meos interiores ali
quam rem iniuſtam vt diligerē
eā aut mihi placeret illā facere.imo
tranſgreſſores diuine legis
odiui.id eſt.a te recedētes dignos
odio iudicaui.
Non adheſit mihi prauū cor:
tortū nō informatū diuine volūtati
malignum declinantem a me
catholice viuēte quātūcunqꝫ eſſꝫ mi
hi ꝓximus.quantūcunqꝫ eſſet mihi
ſuꝑior dignitate cōſtitutus ſi ꝑuer/
tebat ſemitas rectas non appro-
baui illum: Detrahentem ſe
crete ſiue in abſentia ꝓximo ſuo
hunc perſequebar ad puniendū
ſpe correctionis non conſenſu mali-
gnitatis.
Superbi et auari ꝯſortia ſtu/
dioſiſſime declinabam quoni
am non paſcebar nec delecta
bar in ſocietate eorum:ſed
Oculi mei ad fideles terre.i.
ſicut deteſtabar iniquos ita me fide
lium delectabat cōſortiū ambulāſ
ī via immaculata hic mihi mi/
niſtrabat hoꝝ ſolū delectabar ob-
ſequiis qui erāt ab omni errore ⁊ p̄
uitate ſeparati.
Non habitabit ī medio domꝰ
mee qui facit ſuꝑbiam.id eſt.fer
re nō poſſum vt in cōmunionez mee
habitationis reciperē eū quē ſuꝑ ali
os tumor mētis erexerat qui loqui
tur iniqua non fuit acceptꝰ in
conſpectu oculorum meorum
⁊ ideo hos lōge a cōſortio meo ſub-
mouebā Vox xp̄i de fine maloꝝ
In matutino.i.in futuro iudicio
qn̄ vera lux incipiet oriri bonis in-
terficiam omēs qui habitant
terram moriētes impenitentes.et
diſꝑdam de ſocietate ſancto/
rum oēs opantes iniquitatez
ꝑmanētes in volūtate peccandi: et

mittam eos in ignē eternū.

Pſalmus.ci.in quo monet omnes aduertere ſuam miſeriam et petere a deo miſericordiā Ex pſona penitētis

Domine exaudi orationem meaz et clamor meus qz de toto corde pferē accept⁹ ſit coraz te Ne auertas faciem tuam a me penitēte:deſpiciēdo penitētiam meā in quacūqz die tribulor inclina mihi humili aurē clemētie tue In quacunqz die inuocauero te nō differas exaudi re me. Opus eſt dn̄e vt exaudias Quia defecerūt ſicut fumus qui cito et cito diſparet dies mei qz nihil vere vtilitatis attulerunt Item ppter hoc opus eſt quia anime mee vires ab omni hūore deuotionis deſiccate tanq̄ cremium aruerunt.

Percuſſus ſum a malo falciatore ſcz diabolo vt fenum. quod ad ardorem ſolis cito ſiccat̄ aruit cor meum ſterilitate peccati quia oblitus ſuz me reficere contemplatione dei mei qui vite panis eſt.

Propter nimiū gemitū meuz et afflictionē quā ſumpſi p peccatiſ meis ita exiccatus ſum q̄ os meū cuti mee adheſit.

Peccata mea cōſiderās ⁊ dolēs fugi aſpectum hominū Similis factus ſum ſolitario ſicut pellicanus amator ſolitudinis: et factus ſuz quaſi nicticorax inter parietes abſcondit⁹ nō auſus cōparere.

Uigilaui nō potēs dormire p̄ anxietate animi et factus ſum ſicut paſſer ſolitarius tota die.

Dolentē me ſic de peccatis meis et penitentē Irridebant mihi tota die homines mūdani inimici ſalutis mee dicētes quid tantū te maceras:peccata tua nō ſunt ita magna vt ſic te debeas affligere et laudātes me deriſorie aduerſū me conſpirabant detrahēdo mihi

Sed q̄ exprobrarēt mihi inimici mei nō curabam. Quia cinerem ipſam ſcz humilitatē:deiectionem ⁊ irriſionem tanquaz panē ſuauē manducabam reficiebar adeo q̄ poculuz meum.id eſt deſiderium celeſtis patrie pro dilectione ei⁹ cuz lacrimis miſcebam.

Hic aūt fletus inde mihi Quia conſideraui iram indignationis tue quaz merui actualiter peccādo.⁊ timui valde quia eleuans in honorē faciēdo me ad imaginem tuā qua oīa aīalia ſuperamuſ grauius alliſiſti me nihil enī habet hāc peccati miſeriā ⁊ gehenne timorem niſi homo.

Dies mei ſicut vmbra cuz ſumma feſtinatione. euanuerunt:et ego quaſi fenuz pre feruore doloris defeci.

Non ſicut dies mei tui Tu autez domine in eternum pmanes: et memoriale q̄ memor es nr̄i in generatione pn̄ti et p generationē futurā.qz pmiſſionē habemus vite q̄ nūc eſt ⁊ future

Unde Tu exurgens ad regnandum: qui quaſi dormiens diſtuleras: miſereberis populi tui: ſed prius iudee vnde fuerunt

apl'i ⁊ alii ꝑmi credentes qꝛ venit
tempus redemptionis nostre ſm
ꝗ fuerat a ꝓphetis diffinitū.
Miſereberis ſion ſiue iudee primo.
Quoniam placuerunt ſeruis
tuis apl'is edificatoribꝰ eccleſie la
pides.i.fideles de iudea conuer'
ſi vtpute ſolidi firmi ⁊ ſtabiles ī bo'
nis opibus q̇ primi fuerūt in edifica
tione ſpūali eccl'ie poſiti.⁊ illi ſerui:
miſerebūtur terre ſion exhor/
tando ⁊ p̄dicādo ⁊ miracula facien/
do vbi ad p̄dicationē eoꝝ multa mi
lia crediderūt ponētes ad pedeſ apo
ſtoloꝝ p̄cia reꝝ ſuarum.
Hoc aūt nō tm̄ factū eſt in iudea :ſʒ
etiā in gētibus . vn̄ p̄dicātibꝰ apl'is
tuis Timebūt gentes nomen
tuum q̇ priꝰ idola metuebāt ⁊ d̄mo
nioꝝ noīa inuocabāt ⁊ nō ſoluʒ vul/
gares recipiēt fidē tuā:ſʒ etiam re/
geſ et principes ſeculi timebūt
gloriam potētie tue qđ maxīe cō
plebitur añ finē mūdi.
Hoc modo agitur Quia edifica/
bit dominꝰ ſion.ſ.eccleſiā ſuꝑ fū
damentū apl'oꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ ex du
obus parietibꝰ.ſ.populiſ duobus iu
deoꝝ ⁊ gentiliū.⁊ tandē edificata ſi
on videbitur in gloria ſua cum
omne corpꝰ eiꝰ trāſformauerit ad ſi/
militudinē imaginis glorie eius
Uere edificabit dn̄s ſion .quia Re
ſpexit orationem humiliuʒ ad
implendo petitiones eoruʒ et non
ſpreuit preceſ eorum ſʒ aduētu
ſuo viſitauit mundū qđ ſumme olim
deſiderabatur.
Scribantur hec quia digna ſunt
memoria . vt generationes ſe·
quentes de hoc habeant noti·
ciam vt qđ in ꝓpheti ſ eis eſt repro
miſſum in ſe cognoſcāt eſſe adim ple
tum .qđ ſi factū fuerit et populus
qui regenerabitur fonte baptiſ
matis laudabit dominum
Hec ſcʒ ſcribant ꝗ deus Proſpe
xit de excelſo ſancto ſuo pecca
tores longe poſitos oculis miſericor'
die ſue:qđ fecit quādo viſitauit nos
oriēs ex alto in ſua incarnatione
Proſpexit aūt Ut audiret vt ꝑ
ipſuʒ mediatorē filiū audiret gemi
tus ſanctoꝝ patruʒ qui in inferno
erant compediti:et vt ſolueret
a vinculis peccatoꝝ filioſ mor
tuorum in peccatis.
Ad hoc abſoluit vt ipſi ſoluti An/
nuncient in preſenti eccleſia no:
men domini eius fidem libere cō
fitendo:qđ ante nō audebāt cum in
terficerent et laudes ei debitas
annunciēt in eadē eccleſia.
Ita annunciēt nomen domini Et
faciant populos diſperſos ꝑ
diuerſas ꝑtes orbis conueni/
re in vnitate fidei et morum:
et reges vt ſeruiant domino:
redemptori noſtro.
De his eccleſia gratias agens Re
ſpondit Chriſto non lingua ſed vi
ta aſſentiendo ſue vocationi ⁊ obſe/
quens preceptis eius et ambulans
in via virtutis ſue conſtanter ꝑ
ſiſtendo in bono:verum quia quidā
dicebant eccleſiam cito defecturam
petit ſuper hoc certificari dicens:
paucitatem dierum annuncia
mihi.quia pauci ſunt ſm opinionē
aliquorum
Et quia omne quod finitur exiguʒ
eſt orat vt eternitati adiungat poſt
iſtos exiguos dies dicens:
Ne reuoces me.id eſt.nō deſinā

in iſtis diebus dimidijs ſʒ pſi-
ce eos vſqʒ ad finē ſeculi et poſtea
adiungar annis tuis qui ſunt
eterni.
Bn̄ dico ꝙ anni tui ſunt eterni.
Quoniaʒ tu dn̄e nec initiū habu
iſti nec finē habebis.nō initiū habu
iſti qꝛ in initio terrā fundaſti ꝗ
an̄ terrā fuiſti ſine initio vn̄ eternita
te ꝓcedis oīa et opa manuū tua
rū ſunt celi quia tu eos feciſti
Q̄ꝺ finē nō ſis habitur⁹ patet.qm̄.
Ipſi celi peribunt nō q̄ntuʒ ad
ſubſtantiā ſʒ q̄ntū ad aliam diſpoſi
tionē vel qualitatē tu autem ꝑma
nebis omnino imutabilis omneſ
ſicut veſtimētum veteraſcēt.
a ſtatu in quo ſūt.qꝛ ſm̄ corruptiōeʒ
hominū ipſa elemēta q̄ſi corrūpunt
veluti terra q̄ eſt iā min⁹ fertilis ꝙ
prius ⁊ aer minus ſalubris.
Et ſicut optorium mutabis
eos celoſ ⁊ elemēta.qꝛ manēte eoꝝ
ſubſtātia in q̄litatib⁹ mutabunt tu
aūt idē ipſe es ſp penit⁹ imutabil'
et anni tui non deficient.quia
eterni ſunt.
In q̄ eternitate Filij.i.imitatores
ſeruoꝛuʒ tuoꝛuʒ aploꝝ habita-
bunt tecum p⁹ terminuʒ h⁹ vite.
et opa eoꝛuʒ ſp actu ⁊ ꝯtinue fe-
rentur in te deum nunꝙ ceſſantes
a laude tua.
Pſalm⁹ cii.in quo incita
tur fidelis populuſ ad laudan
dum deum.

Enedic benedicti-
one laudis aīa mea dn̄o
et oīa que intra me
ſunt.ſ.intellect⁹:volūtas:ceterequ
potentie ⁊ vireſ:nulla diſcrepet.bn̄
dicite nomini ſancto eius quia
corde totiſqʒ aīe virib⁹ laudandus
eſt deus.
Et qꝛ hoc maxime faciendū ē iteruʒ
repeto Benedic anima mea do
mino ⁊ vt ſp bn̄dicas noli obliui
ſci beneficia ſua q̄ innūera ſunt.
Itē bn̄dic aīa mea dn̄o qꝛ ipſe eſt.
Qui ꝓpiciatur omnibus ini-
quitatibus tuis eas remittendo.
Itē qꝛ ipſe eſt qui ſanat omnes
infirmitates tuas.nūc fouendo
blādis:nūc ſecādo aſperis.omnipo-
tenti eni medico null⁹ inſanabil' lan-
guoꝛ occurrit.
Ceteꝝ bn̄dic aīa mea dn̄o qꝛ ipſe ē.
Qui redemit ꝑ ꝑciū ſanguinis fi
lij ſui animaʒ tuam de interitu
ꝑpetue damnationiſ:bn̄dic iteꝝ do-
mino quia ipſe eſt.qui te iuſtum
ſua miſericoꝛdia et in ſuis mi
ſerationibuſ coꝛonabit coꝛona
gloꝛie in eternum.
Preterea benedic anima mea dn̄o.
Qui replet in bonis deſideri
um tuum et ſolus ipſe q̄ fons om-
niuʒ bonoꝝ eſt replere poteſt: quod
tunc facit cū ſanctos ſuos trāſire fa
cit de hoc ſeculo ad domū beatitudi
nis ſue vbi ſancti omnib⁹ bonis re-
plebunt et renouabitur vt aqui
le iuuentus tua in reſurrectione
in qua ſancti in etate iuuenili reſur-
gent mutati ꝺ coꝛruptione in icoꝛru
ptionem.
Ampli⁹ bn̄dic aīa mea dn̄o qm̄ ipſe
eſt Faciēs miſericoꝛdias ē etiā
faciēſ iudiciū.i.vindictā omnib⁹
iniuriam patientib⁹ vt oppſſis
impius erigat paupes ſuos.
Propheta narratur⁹ miſericoꝛdias
quas de⁹ fecit patrib⁹ antiq̄s inq̄t

Notas fecit moiſi precepta le
lis que ſunt vie veniēdi ad ſa
lutem et mandata ſue volun/
tatis expreſſiua : p moiſen nota
fecit filijs iſrael.
Et ipſe eſt Miſerator actu exhi/
bēs nobis multa bñficia ſine meri/
to nr̄o ⁊ idē dñs eſt miſericors i
natura ſua longanimis. q2 expe/
ctat nos diu ad penitētiā ⁊ ipſe idez
eſt de9 multuz miſericors q2 q̄ti
diana ⁊ innumerabilia cōdonat nob
pctā. cito eni flectit ad miſericordiā
Unde Non in ppetuum ira/
ſcetur electis ſuis. nec in eter/
num comminabitur illis. ſed fi:
naliter placabit: in pñti tñ percutiet
ex amore ad emendationē
Bñ dixi q eſt multū miſericors qm̄
Non ſecundū peccata noſtra
fecit nobis. qm̄ nos merebamur
irā ⁊ mortē eternā. ⁊ ipe vſus ſūma
clemētia dedit nobis omniū pctōruz
remiſſionē nec ſecunduz iniqui/
tates noſtras retribuit nobis
maiora eni flagella merebamur
Bñ dixi q nō ſm iniq̄tates noſtras
retribuit nobis Quoniaz ſecun
dum magnaz menſuraz miſe
ricordie ſue corroborauit mi/
ſericordiam ſuaz ſup timētes
ſe q2 eos iugiter ptegit et ꝯfirmat
Quantuz diſtat lux a tenebris
longe fecit a nobis iniquita/
tes noſtras liberādo nos a malo
culpe. Bene dixi q miſert9 eſt
dñs nobis timētib9 ſe. qm̄ Sicut
pater aliq̄ñ blāde conſolatur fi/
lios aliq̄ñ voto pie correctiōis fla:
gellat miſerēdo illi9 vt meliorez red
dat ita dñs miſeretur ſuis ideo
quidē miſeret quoniam ipſe co-
gnouit fragilitatem noſtram.
Unñ ſequit Recordat9 eſt quo
niaz puluis ſum9 q̄ntū ad corp9
homo eſt ſicut fenuz ad modicū
tps virēs vita ei9 ⁊ fortitudo ⁊ ſplē
dor ei9 tanq̄ flos agri ſic leuiter
efflorebit. id eſt. marceſcet.
Et h vere Quoniaz ſpirit9 ratio
nalis q̄ in hoie eſt. ptranſibit ab
eo et non ſubſiſtet hō q2 diſſolu
ta ꝯiunctiōe aīe cū corpe nō ē homo
et ampli9 in hac vita non viui
ficabit hoc corpus mortale. ni
ſi diuina virtute opante.
Miſericordia domini ab eter
no pmiſſa et vſq3 in eternum.
pmāſura ſup timētes euz timore
filialis reuerentie
Et iuſticia illi9 retribuēs merce
dem opibus bonis his qui ſer/
uant precepta eius corde retinē
do ⁊ ope cōplendo
Et memores ſunt mandato/
rum eius nō ad audiēdū tm̄ ſ3 ad
faciendum ea nō eni auditores le
gis tm̄ iuſtificabunt apud deū ſ3 fa/
ctores Et memores eſſe debem9
mandatoꝝ ei9. q2 Domin9 in ce/
lo parauit ſedez ſuam iudicia
riam et de oib9 iudicabit. ⁊ ne im/
potentē iudicē putes ſeq̄t regnum
id eſt. poteſtas ipſi9 omnibus do
minabitur null9 eni reſiſtere pote
rit ei9 impio Et qm̄ de9 tā vniuer
ſalis eſt dñs ppha monet etiā alias
creaturas ad laudādū deū dicēs:
Bñdicite huic dño oēs angeli
eius potentes virtute: adim/
plentes mandatuz illi9 paratiſ/
ſimi ⁊ volūtarii ad exequendum
vocem preceptoruz ei9 ilico quo
fuerit locutus.

Benedicite dño omnes ordi-
nes angelorũ vos dico miniſtri
eius qui facitis voluntatẽ ei⁹
Benedicite dño omnia opa
eius celeſtia ⁊ terreſtria . in toto
mũdo in quo dñatur .i. date mi-
hi materiã bñdicẽdi dño qm̃ oẽs cre
ature laudãt dñm tu anima mea
benedic illi.

Pſalmus .ciii. in quo mo
net ad laudem dei.

enedic anima
mea dñm ꝑ tãtis bñficiis
et muneribꝫ grãꝝ ei⁹: ⁊ ꝯuer
ſus ꝓpha ad deũ ait: o dñe deus.
bene debet aĩa mea te bñdicere. qm̃
magnificat⁹ es magn⁹ nature no
bilitate. magn⁹ poteſtate. magn⁹ ſa
pientia. magn⁹ miſericordia . et hoc
vehemẽter .i. incõprehẽſibiliter q̃
re maior es omni laude.

Bene magnificat⁹ es Qui habeſ
angelos et homines ſanctos
decore eterno ſplendidos et
luminoſos te inceſſanter lau
dantes et lux vndiqꝫ tibi eſt.
q̇ habitas lucem immarceſſibilẽ
Merito magnificat⁹ es qm̃ magni
tudo potẽtie tue relucet in omnibus
creaturis: tu es q̇ Celum q̃ſi ten-
toriũ ſup emiſperiũ nr̃m extendis
ſine labore ac ſi quis extenderet
pellem: tu es qui tegis ſuperi
ora eius ſcꝫ celũ ſidereũ aq̃s ſcꝫ ce
lo criſtallino quod ꝓpter dyaphanei
tatem aqueũ nominaſ.

Tu es qui viſibiliter aſcẽdẽs i celũ
Poſuiſti nubem aſcenſuꝫ tu-
um: qui ſuperas omnem velo
citatem ventorũ q̇ vbiqꝫ es pñs
Tu qui es Spirituales ſub-
ſtantias facis nuncios tuos:
et miniſtros tuos plenos di-
lectione dei vt etiã alios vrãt
et accendãt ad dilectionẽ ſui creato
ris accẽſos ⁊ efficaces ad executio-
nem tue voluntatis.

Tu es Qui fundaſti terram
ita ſtabilem et firmam q̧ non
inclinabitur in ſeculum ſecu-
li. terra enĩ in eternũ ſtat:
Mare occeanum quaſi veſti-
mentum circumdat terram vn
diqꝫ excepta vna pte q̃ diſcooperta
remãſit ꝓpter vitã hominũ ⁊ aĩaliũ
terreſtriũ ſuper montes ſtabũt
aque pluuiales q̃ generãſ ex nubib⁹
Ad beneplacitum tue volun-
tatis mouebunt ſe aque flatu
vẽtoꝝ a te ꝯcitatoꝝ de loco ad locũ
et a clangore tonitruorum et
fulguruꝫ que generantur ĩ nu
bib⁹ ad modũ formidantis ſe
habebunt q̧ꝛ p terribiles ventos
deſiccantur.
Quib⁹ aq̃s fugiẽtibus ſiue motis.
Aſcẽdũt .i. apparẽt alti montes
et deſcendunt .i. apparẽt campi
in hũili loco ſꝫ nõ oẽs in eadẽ altitu
dine vel in eadẽ hũilitate: ſꝫ ſecun-
dum q̧ diſpoſuiſti eis.
Terminuꝫ poſuiſti aq̃s maris
occeani . nec ꝯuertẽtur operire
terraꝫ ſicut fecerũt tpe diluuii qđ
totum mundũ occupauit
Qui emittis fontes in ꝯualli-
bus q̧ꝛ de mõtib⁹ fluũt aq̃ i valles.
et aque fluẽtes ptranſibunt de
loco ad locũ inter mediuꝫ monti
um ad ſuſtẽtatõꝫ viuẽtiũ. vñ ſeq̇tur
Potabunt omnes beſtie agri
et reficiẽtur onagri in ſiti ſua
Super ea que dicta ſũt mõteſ

⁊ valles ⁊ fontes volucres i aere
volantes habitabunt:et de me-
dio foraminũ petraruz dabunt
voces cantando.

Tu es Rigans montes de nu/
bibus pluuioſis generans ſuper
mõtes et de effectu pluuiarum
que ſũt opa tua fecundabitur
terra.

Producens fenum iumentis.
vnde ipſa nutriant̃ et herbam vt
ſeruiant hominibꝰ que ꝑpter h̃
facta ſunt.vnde ſeq̇tur:

Suſtentas aũt iuméta Ut educas
frumentum et talia de terra ad
ſuſtentatioñe hũane vite et vinuz
letificet cor hominis.

Tu es etiã Producens oleum
ad condimentum ciborum na-
tura eni olei eſt vt multũ foueat car
nem et reddat hilarez:et panis
cor homĩs ꝯfirmet ſiue roboret.

Et ex pluuia Humectabuntur
arbores campi ad eoꝝ nutrimen
tuz ⁊ fructificatioñe et cedri liba
ni quas plantauit dominꝰ illic
id eſt.in cedris paſſeres animalia
minuta nidificabunt.

Herodij qui rex paſſeruz dici
tur nidus eſt in cedris: mon/
tes excelſi ſunt refugium cer-
uis:et cauernoſa loca refugi-
um erinacijs que animalia parua
ſpinoſa eſſe dicunt̃

Poſuiſti lunaz vt diſtinguat
et variet tpa et ſol ⁊ ſic d̃t mina
te tendit ad occaſum ac ſi ha-
beret cognitionẽ

Poſuiſti tenebras in emiſperio
nr̃o p occaſuz ſol' et facta eſt nox
in ipſa ptranſibunt . de loco ad
locũ oẽs beſtie ſilue illud eni tps
eſt diuia diſpoſitiõe idoneũ in q̊ be-
ſtie querãt ſibi victũ.vñ ſeq̇tur:

Catuli leonum ptrãſibũt fame
lici et leones ipſi ⁊ alie beſtie vt
rapiant et querant eſcaz ſibi.

Qui Capta preda et orto ſo-
le reuertũtur ad cubicula ſua.

Orto ſole ⁊ iã beſtiis collocatis.
Exibit homo ad opus ſuuz et
ad operationẽ ſuaz cõtinuandã
vſq3 ad veſperam.

Cũ oibus iſtis inſpectis admirabil'
occurrat altitudo diuie potẽtie ⁊ in-
cõprehenſibil' altitudo diuie ꝓuidẽ-
tie ꝓpheta ⁊ ſecũ q̇libet fidelis admi
ratiue dicit:Ualde magnificata
ſunt opa tua dñe excedũt hũanũ
ſenſũ omĩa in ſapientia feciſti
impleta eſt terra hoibꝰ ⁊ aĩalibꝰ
⁊ cetera que ſunt creature tue.

Nõ ſolũ celũ ⁊ terrã tua ꝓuidẽtia
regis.ſ3 etiã Hoc mare magnuz
et ſpacioſuz manibꝰ nauigãtiũ.
in q̊ ſimul poſſũt nauigare mlr̃i illic
id eſt.in h̃ mari reptilia piſces di-
uerſaꝝ maneriеꝝ ⁊ naturaꝝ quo-
rum non ẽ numerꝰ certus apud
aliquẽ hoiem

In quo mari piſces Parui et ma
gni monſtra maxima vt cete
grandia diſcurrũt.⁊ q̃uis tot ⁊ tã
mag̃ mõſtra ſint i mari.tñ illic na-
ues tranſibunt illeſe q̃ de vna
terra ad aliã neceſſaria deportãt

Inter hec aĩalia ẽ etiã i mari cetꝰ
grãdiſſimꝰ piſcis Draco dictꝰ q̇ de
uorat alios piſces q̇ lic3 ſit magnꝰ ⁊
fortis piſcis.facilit̃ tñ illudit̃ ⁊ occi
dit quẽ formaſti ad illudenduz
ei nõ ſic intelligas ꝙ ly ad illudẽdũ
ſumatur finaliter .ſ. ad hunc finem
ſit formatus.ſed tenet̃ ꝯſecutiue,q3

illuſio ſeqtur cōdicionē ei⁹. vnde cū
ille piſciſ velit deuorare alios piſceſ
illi piſces naturali inſtinctu fugiunt
ad ripam vbi cet⁹ natare nō poteſt
ꝓpter aque puitatē. et ideo cet⁹ eos
inſequēs impingit ſe ad terrā et ibi
a piſcatoribus occidit. et ſic illuſus
ſua ſpe fruſtratur Omnia tamē ani
malia viuentia in terra et in aquis:
a te expectant vt des illiſ eſcā
in tempore oportuno ſm cōdicio
nem cui⁹libet ſpeciei naturalē.
Que aīmalia dante te colligēt:
aperiente te manum tuam. p
diffuſionē tue bonitatis in effectib⁹
oīa implebuntur bono con/
uenienti ſue nature.
Auertente autem te faciē tu/
am denegādo ꝑdictā diffuſionē bo
nitatis tue turbabuntur ex defe/
ctu nutrimēti auferes ſpiritum
eorum et deficient a vita et in
materiā vnde ſunt formata.
que ꝓ magna parte eſt terra
reuertentur.
Emittes tue voluntatis effe
ctum et de nouo formabūtur.
in eadē ſpecie ſm curſum nature et
renouabis faciem terre. ſicut
patet in eſtate in q̄ terra renouatur
herbis: florib⁹ ⁊ fructibus q̄bus pri
uata fuerat in hyeme.
Enumeratis diuinis opibus ꝓphe/
ta inquit Impendatur domino
laus ⁊ honor debitus. nō ad temp⁹
ſed in eternum letabitur domi
nus in creaturis ſuis ad ſuam
gloriam ordinatis
Qui viſitat homines habitan
tes in terra minoris ſtatus et fa/
ciet eos tremere ō peccatis: me
lius eſt eni tremor humilitatis q̄ cō
fidentia ſupbie. qui tangit ꝯmina
tione vel aliquo flagello ꝑſecutiōis
montes. i. potētes q̄ prius erāt ſu
perbi iactantes ſe fumigant lacri
moſa ꝯpunctiōe pctā ſua plorātes
Quia hec ꝑdicta fecit dn̄s. ⁊ ido
his inſpectis Laudabo dominū
q̄diu viuam hic ⁊ in futura vita.
pſallam deo meo q̄diu ſum.
Iocundū gratū. acceptū ſit illi
ſcʒ deo eloquium laudis mee ego
vero delectabor ī diuinis ꝯſo
lationibus n̄ in terrenis.
Deficiant peccatoreſ iniq̄ obſtina
ti in malo ita vt non ſint iniq̄ ſi
cut prius ſʒ iuſti ꝓ oībus his bn̄fici
is dei bn̄dic anima mea dn̄o

Pſalm⁹. ciiii. in quo mo
net ad laudem dei.

audate domi
num ꝓ beneficiiſ ab eo ob
tentiſ et inuocate nomē
eius ꝓ obtinēdis q2 gratitudo de ꝑ
teritis beneficiis eſt optima diſpoſi
tio ꝓ futuris impetrādis annunci
ate inter gentes opera pote/
ſtatis ſue ⁊ bonitatiſ declaratiua
ſicut enim ō vr̄a ſalute ſolliciti eſtis
ſic ⁊ de alioꝝ ſalute
Cantate ei ore ⁊ corde laudando
pſallite illi bona opatiōe narra/
te aliis ꝑdicādo omīa mirabilia
ei⁹ vobis nota vl' aliq̄ de oībus. q2
nullus poteſt omnia narrare.
Facite bona opa ī q̄b⁹ merito Lau
demini ⁊ h in nomine ſancto
ei⁹ ad ei⁹ gl'aʒ bona vr̄a dirigēdo q̄
dedit velle ⁊ poſſe: ꝗuis caro mole/
ſtiis affligat: mēs tn̄ letetur cor q̄
rentiū dn̄ʒ i ſpe p̄rie celeſtis vt cū
hilaritate ⁊ iocūditate diuia pficiāt

Querite dn̄m ex ſtudio et in
tenta mēte bona oꝑando: ⁊ illumine
mini in agēdis et confortamini.
in charitate xp̄i vt bona oꝑa incho‑
ata perficere poſſitis querite pre‑
ſentiam eius non ad horam : ſed
ſemper vt hic habeatis eiꝰ cogni
tionem verā ⁊ in futuro clare eiꝰ fa‑
ciem intueamini.
Quia ad querendū deū maxime diſ‑
ponit memoria fidei antiquorū pa
trum ⁊ operꝝ que deus fecit illis ait
Mementote mirabilium eiuſ
que fecit filiis iſrael educēdo eos
de egipto et ſigna que patrata ſūt
in egipto et precepta oris eius.
Dico memētote horꝝ vos q̇ eſtis
Semen.i.imitatores fidei abrae
ſerui dei vt ſicut Abraā cuius ſe
men eſtis deū ſpecialiter queſiuit et
ei ī fide ſeruiuit ita ⁊ vos facere de
betis: vos dico etiā filij iacob ele
cti eius quē ſi imitamini luctando
cōtra vicia ⁊ cōtra carnem inter ele
ctos dei cōnumerabimini.
Et ne putes filios abrae tm̄ eſſe in
vna gēte ſm̄ carnē ait : Ipſe dn̄s
deus noſter ī vniuerſa terra.
habet iudicia ſua in vniuerſa ter‑
ra ſunt Jacob et Iſrael.i.fideles q̇‑
bus iudicia ſua manifeſtat ſ; nō alii
genti ꝙ̄ chriſtiane.
Mementote dico dei.quia ipſe
Memor fuit implēdo promiſſa te
ſtamenti ſui noui duraturi ī eter‑
num in quo ꝓmittiꝛ hereditas eter‑
na verbi ſui etiam memor fuit.
quod mandauit in omnes ge‑
nerationes credēteſ in eū.hoc eſt
verbū fidei verbū euāgelii qḋ extē‑
ditur in omēſ generationes pro quo
ſeruato redditꝛ ꝓmiſſum eternū qḋ
ꝑ teſtamentū an̄ ſignificauit qḋ nō
mandauit ſ; ꝓmiſit.ꝓmiſſum eſt qḋ
accipe debemꝰ.mandatū qḋ hoc fa‑
cere debemꝰ.hoc eſt fides vt iuſtus
ex fide viuat ⁊ huic fidei promittiꝛ
hereditas.
Memor fuit verbi Quod diſpo‑
ſuit ad abraam cū ei dixit per me
metipſū iuraui qꝛ feciſti rem hanc
et cetera.ſequiꝛ: benedicā tibi ⁊ ce‑
tera et iuramenti ſui ad iſaac.
cū ait ad abraā in iſaac vocabitur ti
bi ſemen.
Et ſtatuit illud verbū fidei ḋ cul
tu vnius dei iacob in preceptū
ad faciēdū ⁊ obſeruandū et iſrael.
qḋ idē eſt qḋ iacob eiuſdē ꝑ̄cepti ad‑
impleti mercedē que fidelibus eter
na et incommutabilis erit
Dicens tibi dabo terram cha
naan figura eterne hereditatis
que terra ꝓmiſſionis funiculo di‑
ſtribuēda erat ī diuerſas ꝑtes
Hanc terrā chanaā ꝓmiſit Cum
illi quibuſ ꝓmiſit eſſent numero
breui: ⁊ ita breui ꝙ pauciſſimi.
qꝛ abraā iſaac ⁊ iacob tm̄ erāt quo‑
rum merito ꝓmitterēꝛ ⁊ erāt cū hoc
aduene nō ciues terre ꝓmiſſiōis.vn̄
quaſi extranei ibi habitabāt
Et pertranſierunt de gente ī
gentem alterā: vn̄ abraā exiuit de
terra chaldeorꝝ ⁊ venit in meſopota
miam ⁊ deinde in terrā ꝓmiſſionis.
et de regno ad populū alterū
venit ī egiptū.ſilr̄ iſaac ḋ terra cha
naan ꝑegrinatus eſt.
Qui ꝑtranſeundo tot varias gētes
durare potuerunt.quia dominus
Non permiſit hominē nocе
re eis notabili nocumēto et corri
puit pro eis reges qui volebant

nocere ſicut pharaonē q̄ abſtulerat abꝛahe ſarā et abimelech qui abſtu lerat yſaac rebeccam.
Dicēs Nolite tangere chꝛiſtos meos id ē vnctos mea gr̄a et in ꝓphetis meis cuiuſmodi erāt abꝛahaz yſaac ⁊ iacob nolite maligne agere. Narrans ꝓpheta quō factū ſit ꝙ p̄dicti ſācti pr̄es ꝑtranſiuerūt de gente in gentē ⁊ cetera ait.
Et vocauit .i. iuſſit ut famis eſſet ſupꝛa terraz ꝑ quā famē omne ſuſtentamentum panis ꝑ magna pte ꝯtriuit et ꝑ hoc coacti ſunt in egiptū ire et ita ad aliā gētē tranſire et p̄ceſſit eos ioſeph.
Unde ſequit̄. Miſit ante eos iacob et filios eius virum ioſeph in egiptū qui in ſeruiciuz vendit⁹ eſt a fratribus ſuis.
